


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.
Accession 89328 Class 750
C82
S
v.50

E

I

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

ZOSIMUS.

BONNAE


IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVII.

ZOSIMUS.

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.



BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Accession 89328 Class 750
C82
S
v.50

decessoris mei errores comparata editione Sylburgiana correxi, notas criticas quas non probarem sustuli, commentarium historicum insertis Heynii annotationibus usui accommodavi.

Scrib. Berolini idibus April. a. 1836.

---

36 19 *S* πράγμασιν οὖσιν, *R* οὖσιν. 37 6 *S* δὲ, *R* καὶ. 41 1 *S* Αἰγύπτιοι, *R* Αἰγύπτιοί τε. 42 16 *S* κἀκεῖθεν ἤλαυνεν, *R* κἀκεῖθεν. 43 3 *S* δὲ, *R* καὶ. 43 6 *S* καταλιπὼν, *R* ἐπιλιπὼν. 43 14 *S* ἔννοιαν, *R* εὔνοιαν. 43 19 *S* ἐθελήσαντας, *R* ἐθελήσαντες. 44 10 *S* ἐς, *R* εἰς. 45 19 *S* συνασπισαμένοις, *R* συνασπισμένοις. 51 16 *S* τῆς θεοῦ, *R* θεοῦ. 54 9 *S* τολμηροτάτους, *R* τοὺς τολμηροτάτους. 55 19 *S* τε, *R* δὲ. 56 14 *S* τῆς βασιλείας, *R* βασιλείας. 59 7 *S* μετὰ, *R* κατὰ. 59 13 *S* στρατιωτῶν, *R* τῶν στρατιωτῶν. 61 22 *S* τῷ, *R* τῶν. 65 10 *S* δὲ ὁ, *R* ὁ. 66 19 *S* ἀνενεώσατο, *R* ἀνεώσατο. 67 2 *S* Ἀτηΐου, *R* Αὐτηΐου. 67 4 *S* τὰ Σιβύλλης, *R* τῆς Σιβύλλης. 76 4 *S* βουλευομένῳ, *R* βουλομένῳ. 77 1 *S* ἐκδυσαμένων, *R* ἐνδυσαμένων. 77 19 *S* τῶν στρατιωτῶν, *R* στρατιωτῶν. 80 1 *S* συναντᾶν πως ἀλλήλοις περόναις σιδηραῖς ἀνασπωμέναις, *R* συναντᾶν σιδηραῖς ἀνασπωμέναις πως ἀλλήλοις περόναις. 80 18 *S* ὁ Κωνσταντῖνος, *R* Κωνσταντῖνος. 81 1 *S* ἐκ τῆς, *R* ἐξ. 81 21 *S* Κωνσταντῖνος, *R* ὁ Κωνσταντῖνος. 83 8 *S* δή, *R* δὲ. 84 19 *S* δὲ καὶ, *R* καὶ. 90 13 *S* τὸν Ἐλαιοῦντα, *R* τὴν Ἐλαιοῦντα. 90 18 *S* ἄλλας μηχανὰς, *R* μηχανὰς. 99 16 *S* τε, *R* δὲ. 101 5 *S* δέδωκε, *R* διέδωκε. 103 14 *S* ταχέως ἐπιβήσεται, *R* ταχέως. 105 14 *S* μὲν ὁ, *R* ὁ. 106 15 *S* οὐκ ἂν, *R* οὐκ. 106 20 *S* τἀδελφῷ, *R* ἀδελφῷ. 110 19 *S* ἔχων ἔτι, *R* ἔχων. 126 20 *S* τε, *R* δὲ. 127 21 *S* ἀπογράφεσθαι, *R* ὑπογράφεσθαι. 128 22 *S* τε, *R* δὲ. 135 4 *S* δὲ καὶ, *R* καὶ. 146 22 *S* ἐνταῦθα, *R* ἐνταῦθα δὲ. 149 19 *S* ἀπεργασάμενος, *R* ἐπεργασάμενος. 154 17 *S* δὲ, *R* τε. 156 13 *S* ἦν δὲ, *R* ἦν γὰρ. 163 9 *S* πολλοὺς, *R* πολλοὺς μὲν. 173 17 *S* ἐκ μὲν, *R* μὲν ἐκ. 173 18 *S* πόλις δὲ, *R* πόλις τε. 176 13 *S* τοῦ τοιοῦδε, *R* τοιοῦδε. 185 22 *S* δὲ, *R* τε. 190 11 *S* τε, *R* δὲ. 190 16 *S* ἀπαγγελθὲν, *R* ἐπαγγελθὲν. 192 20 *S* τε, *R* δὲ. 194 16 *S* ἐπὶ, *R* εἰς. 195 2 ἐκστάντας, *R* ἐκστάντες. 199 16 *S* ἐκ περιδρομῆς, *R* ἐκ ἐπιδρομῆς. 215 18 *S* μὲν ἀπὸ, *R* ἀπὸ. 226 16 *S* διαχρήσηται, *R* διαχρήσεται. 231 4 *S* περιπεσεῖται, *R* ἐπιπεσεῖται. 236 17 *S* τοῖς τοσούτοις, *R* τοσούτοις. 237 7 *S* τε, *R* δὲ. 241 15 *S* τοῦ πότου, *R* πότου. 243 1 *S* τε, *R* δὲ. 245 18 *S* τοῦ θυηπολικοῦ, *R* θυηπολικοῦ. 256 2 *S* τε, *R* δὲ. 259 20 *S* τῇ Θράκῃ, *R* Θράκῃ. 272 9 *S* τε, *R* δὲ. 284 16 *S* Ὀλυμπιόδωρος, *R* ὁ Ὀλυμπιόδωρος. 287 10 *S* τοῦ Ῥωμαίων, *R* τῶν Ῥωμαίων. 290 17 *S* τῆς τοῦ, *R* τοῦ. 295 3 *S* ἀπεσκόπει, *R* ἀνεσκόπει. 296 6 *S* τρεῖς δὲ, *R* τρεῖς. 301 13 *S* πᾶσιν, *R* πᾶσαν. 308 9 *S* τε ὡς, *R* ὡς. 310 14 *S* καταλαβών, *R* λαβών. 319 5 *S* τοῦ λειπομένου, *R* λειπομένου. 325 19 *S* διαμαρτόντων, *R* διαμαρτανόντων. 326 16 *S* ταῖς Αἰμιλίας, *R* ταῖς Αἰμιλίαις.

IO. FRID. REITEMEIERI
PRAEFATIO.

In virtutibus et laudibus scriptorum qui rerum gestarum memo- p. III
riam literis consignant, cum princeps et prae ceteris maxime necessaria sit fides atque ab omni et studio et odio alienatus animus, sine quo rerum quas scripserint vix nobis ullus esse potest usus, etiam iis qui in vetustis scriptoribus expoliendis et ad studiorum nostrorum commodum adornandis insudant curae esse debebat quam maxime ut auctorum, quos opera sua ad publicam utilitatem paratos et instructos velint, severo iudicio facto fidem curate explorarent, et quae ab iis tradita sive vera sive falsa sint, iudicio facto discernerent, aut si res minus ferret et in neutram partem liquido pronuntiari posset, quantum quaeque res propior vero vel falso sit, examinarent et diiudicarent. inprimis vero si quis eiusmodi auctori addixerit suam operam qui fidei laboret fama et existimatione, nisi suspicione ab eo remota aut ad modum iustum revocata fidei eius atque auctoritati honos suus vindicatus fuerit, cum scriptori laudis tum editori suorum in eum meritorum quantorumcunque fama periclitandum erit. id inprimis in Zosimo esse periculi, in cuius nova editione paranda nostra opera versatur, neminem fugere potest, cum tralaticium sit quantopere eius a primis inde temporibus ad nostram memoriam existimatio laboraverit, adeo ut calumniatoris Christianorum potius quam historici fide digni et idonei nomine venire soleat.
habet ille tamen virtutes atque utilitates, pro aetatis qua vixit p. IV
ratione et literis, haud vulgares. nam res exponit labantis imperii Romani, quod non minus calamitatibus et excidio quam magnitudine et incrementis suis clarum est ac memorabile; com-

memorat inprimis diligenter ea quae a Constantino novata et instituta sunt, rem militarem, magistratuum descriptionem, sacrorum ritus, tanquam primordia rerum inclinatarum; et mutata a Theodosio cum alia, tum regni inter filios partitionem factam, ut proximam ruentis rei publicae causam, ante oculos ponit. quarum rerum etsi nec unus neque satis disertus sit Zosimus auctor, multae tamen ad historiam saeculi quarti et quinti ineuntis pertinentes eaeque maximi momenti res in eo continentur, quae aut diversa et discrepante ratione ab aliis expositae sunt, aut ab aliis omissae adeoque uni auctori Zosimo debitae. commendatur praeterea ipsius historia non modo rerum traditarum ubertate et utilitate, verum etiam ab auctoris consilio causas rei publicae eversae aperiendi; nec spernenda orationis concinnitas, cuius laudem abesse a virtutibus scriptorum aequalium Zosimi deprehendimus. quibus ornamentis cum historia Zosimi se commendet, laudem suam haud servavit integram et illibatam, quoniam incidit in aetatem religionum studiis odiisque agitatam. iudices enim eius et veteres et recentiores cum plerumque in eum ut aversatum sacra Christianorum infensis essent animis, factum inde est ut apud eos hominis sicut religioni ipsorum, ita veritati infesti et inimici iudicium notamque subiret. quam quidem sententiam a ratione non minus quam ab aequitate abhorrentem ut condonamus iis aetatibus, in quibus religionum studia et odia in res literasque ab iis alienissimas inferebant homines, ita dedecori fore arbitramur nostris seculis, quae ad rerum naturas et argu-
p. v menta, non ad hominum professiones et opiniones respicere iubent. reddetur igitur Zosimo laus sua et auctoritas, dummodo accedant ad eius historiam lectores qui odii in eum et praeiudicatae opinionis expertes, habita rerum, non religionis ratione, de virtutibus ac fide eius iustum et aequum ferre iudicium velint. fuere iam ante me qui cognita historiae Zosimeae praestantia ab iniuriis auctorem vindicare et calumniae maculam ab ea abstergere conarentur, mitiusque et clementius de eius fide iudicium in medium proferrent: verum opera eorum nec satis inter omnes vulgata fuisse nec auctoritatis satis ad hominum animos habuisse videtur, ut adeo, si ab opprobriis indignis eum satis quidam putent defensum et vindicatum, alii obstinatis aversisque animis in pristina opinione persistant et de eius fide secus sentire pergant.

existimationi igitur huius scriptoris si quis consultum et in nova historiae eius editione paranda operam suam utiliter navatam velit, non officio suo satisfecisse videri debet, dummodo verborum et sententiarum aut emendatione, sicubi labes eis illata sit, aut interpretatione, si quid eis insideat obscuritatis et difficultatis, scriptori subvenerit: sed ad fidem explorandam stabiliendamque cura potissimum versa esse debebit, ut, quid tandem ei sit auctoritatis, tum universe tum singulis in partibus et locis anquiratur. hoc consilio hacque lege interpretis et critici et historici animo meo obversante, adiutus simul cohortatione et consilio *Heynii*, praeceptoris et fautoris nomine summa mihi semper pietate colendi, ad Zosimi historiam in melius redigendam ac poliendam me adiunxi, spe facta susceptam a me esse rem cum utilem tum specimini studii literarum humaniorum edendo satis aptam. priusquam vero instituti mei rationem ac consilium uberius explicare instituam, quantum superiorum interpretum studio ad usum fidemque Zosimi redundaverit utilitatis, ut exponam, non modo necessitas, ut, quid nobis post eorum curam sit relictum, intelligatur, sed etiam, ne quid laudibus eorum silentio nostro detractum videatur, ipsa postulat modestia. *) p. VI

Postquam historia Zosimi satis diu tenebris condita latuerat, saltem paucorum tantum manibus trita erat, sub exitum saeculi decimi sexti opera Leunclavii primum in lucem protracta et publici iuris facta est, **) et quidem in linguam Latinam versa, per quam temporibus illis literarum Graecarum opes cum nostris hominibus primum communicatas constat. non plane inauditum Zosimi et nomen et historiam in Italia antea fuisse, indicio erunt loca quaedam exinde deprompta et per Politianum ***) Panvinium et Petrum Gyllium versa. ****) integram tamen eius scriptoris versionem nec quisquam ante Leunclavium prelo sub-

*) Conf. Fabricius Bibl. Gr. t. 8 p. 605.

**) Edita versio est Basileae sine anno (1576) fol. cum Procopio, Agathia, Iornande et Leonardo Aretino, ex officina Petri Pernae. auctor bibliothecae Ios. Renati Cardinalis p. 536, deceptus fortasse anno 1537, quem epistolae Beati Rhenani subscriptum vidit in editione Procopii, Agathiae, Leonardi Aretini, Iornandis et aliorum Basileae ex officina I. Hervagii emissa, Zosimi versionem Latinam anni facit 1581, quanquam Zosimi in ea collectione scriptorum nec ullum exstat vestigium.

***) Vid. Comm. Hist. 2 4.

****) 2 37. vid. Banduri Antiqq. Cpol. lib. 4 p. 323.

misit. editioni Latinae illi, praeter notas sententiarum summam continentes et emendationes, utrasque ad oram libri appositas, nulla accesserunt ornamenta. in fronte posita est editoris pro Zosimo apologia, ut scutum praetentum adversus Nicephori et Evagrii futiles quidem, graves tamen illa aetate et Zosimi fidei infestas criminationes. alia, quamvis non totius historiae, versio, passim discrepans, exstat in Historia Augusta, quae circa annum 1600 lucem vidit.

p. vii Quae Latine studio Leunclavii prodierat historia, ea interpositis quinque annis (1581, et 1611 repetita) opera HStephani cum Herodiano Graece exiit, versione Leunclaviana et nonnullis, quamvis perpaucis, castigationibus et notulis instructa. utraque editio, dispar forma et ordine, in reliquis sibi similis, Lugduni lucem vidit: continet autem libros modo duos priores, id quod mirum videri debet, si verum est quod vulgatum est, a Leunclavio Stephanum codicem Graecum acceptum habuisse, quamvis praeter versionem Latinam nihil eius nomini ac humanitati tribuerit. ut iis qui nos legunt iudicii copia fiat, epistolam Leunclavii, quam in accusationis fidem exhibent, ex Goldasti Epistolis Philologicis (ep. 72 p. 305) huc transferre placet.

Io. Leunclavius HStephano S. (Genevam)

— — — *hunc* (Zosimum) *ego tibi manu mea descriptum diligenterque collatum et emendatum mitto, ut historiam Romanam annorum* 1200 *ab urbis origine ad exoidium usque continuatam habere possimus, suppeditaturus etiam conversionem bonam et luculentam, quae dudum parata apud me est. rarum hoc crede mihi opus est, quod aliunde non facile consequare. deest parum in fine primi libri, parum in principio secundi, parum in medio quinti, parum denique in fine sexti. quae omnia exspecto ex Italia, cuiusdam amici opera, qui admodum secreto custodiri quoddam istic exemplar mihi nuntiavit, cuius ipse copiam sit habiturus. audio te Photii bibliothecam habere, de qua vellem exscriptum de Zosimo titulum mitteres. nam mea, quae in fronte posita vides, alicubi corrupta sunt.*

His literis si fides habenda sit, illiberalis sane et parum honesti animi reus erit Stephanus, quod celavit cui debebat codicem Graecum: tamen haec invidia variis poterit rationibus ab eo amoveri. discrepant lectionibus Stephani editio et codex Leun-

clavianus, quem novo postea studio Sylburgius contulit; quod quomodo fieri potuisset, si profectus ex eodem fonte liber uterque erat? cur Stephanus, de lectionibus, quas indigere emendatione existimaret, ad marginem annotandis sollicitus, idem adeo temere in contextu constituendo versatus est, ut ne monito quidem lectore loca, in quibus nunc codicis discrepantia notata est, sollicitaret et verba nova iis inferret? cur tandem Leunclavius aut Sylburgius, querelae opportunitate in secunda versionis editione data, de Stephani aut mala fide aut illiberalitate ne verbum quidem dixere, neque rem, quam aegre ferre debebant, saltem obscure significarunt? his argumentis etsi neque opinioni vulgatae firmamentum omne detractum neque Stephanum a criminatione omnino liberatum intelligamus, aliquam tamen ea videntur habere vim ad iudicium nostrum inhibendum. p. VIII

Novem annis posteaquam Stephanus de Zosimo Graece vulgando bene meruerat, nova eius integri et absoluti ex duobus codicibus Leunclaviano et Palatino parata est a Sylburgio editio (in tomo 3 Corporis Scriptorum Historiae Romanae 1690), quae praeterquam quod libros posteriores primum exhibet et Leunclavii tum apologiam tum versionem emendatiorem repetit, his etiam prae superioribus editionibus eminebat ornamentis, quod contextum habebat subsidiis duorum codicum et ingenio critici hominis constitutum, et notas critici plurimum generis partim ad calcem positas partim per indices dispersas. in his notis variae lectiones diligenter e codicibus enotatae, et Leunclavii ac Stephani animadversiones Sylburgii notis auctae reperiuntur.

Exceperunt Sylburgianam editionem, quae et prima et una adhuc est ad rationes criticas comparata, duae aliae, Cellariana scilicet et Oxoniensis, quae, cum editoribus nullum fuerit a codicibus auxilium, vestigia Sylburgiana premunt et a re critica minus quam ab usu commodiore, quem legentibus forma libri minor et aptior affert, commendationem habent. *Christophori Cellarii* bis vulgata editio (Cizae 1679 et 1713, 8) non modo capitum et paragraphorum distinctione et indiculis historico ac graecitatis Zosimeae ad usum potior est, sed praestat etiam notis editoris et variorum, ad historiam maxime illustrandam compositis. ceterum plurima e Sylburgiano penu sumpta, in libris quidem duobus prioribus breviter excerpta, in reliquis integra p. IX

dedit, et quasdam e Sylburgianis coniecturis, vulgata lectione depulsa, in contextum, etiam tacite passim, recepit.

Commodorum istorum in Cellariana opera insignium maxime expers est editio Oxoniensis (cura *Th. Smithii*): operis per partes distributio et paragraphorum ac capitum notatio, quamvis facilis negotii res, ab eo tamen omissa est, et notae Stephanianae ac Sylburgianae, quas repetiit, oscitanter et male sunt excerptae. ubi vero de suo quicquam dedit, ad fidem Zosimi stabiliendam avertendamque ab eo suspicionem malam, id quod sibi editionem parandi fuisse propositum dicit, suam operam et institutum parum studiose adhibuit. de verbis contextus nihil mutatum, in notis tamen quaedam loca sollicitantur. in libris duobus prioribus non Sylburgianum, sed, quod usu et comparatione facta deprehendimus, Stephanianum textum repetiit.

Perlustrata eorum quibus in Zosimo perpoliendo et illustrando studium aliquod positum fuit, Leunclavii Stephani Sylburgii Cellarii et Smithii opera, singulis quidem esse sua qualiacunque merita in historicum nostrum intelligitur, verum abesse ab iis cum alia tum potissimum rerum, quae a Zosimo exponuntur, subtilem ac diligentem explorationem et illustrationem; quam nec ab Franco-gallico eius interprete *L. Cousin* (qui
p. x solus Zosimum recentiori idiomate interpretatus est, cum Xiphilino et Zonara, Parisiis 1678, 4, et Amstelodami 12, obscuris tamen locis, ut usu deprehendi, non versis) institutam esse animadvertimus. ad crisin in Zosimo exercendam, etsi obscuritate et difficultate aut raro laboret aut saltem criticam medicinam raro desideret, opus esse codicum subsidio videtur, quod ex Italiae membranis, credo, si quando eorum usus factus erit, haud sane inutile arcessi poterit. nam quicquid adhuc ad Zosimum e codicibus pervenit auxilii, illud ad Leunclavianum et Palatinum redit, quorum ille apud Fr. Pithoeum asservatus, ab Aemerio Thuano exscriptus et ab Io. Opsopoeo cum archetypo collatus fuit in gratiam Sylburgii. quodsi fides stat cum epistola Goldasti, quam supra dedimus, ex Italia iste codex in manus Leunclavii venit: ceterum in margine emendationes seu, quod similius veri videtur, variantes lectiones habuit, quia marginalis lectio non ubique melior est, sed saepe vitiosa et deterior. alte-

rum codicem, Palatinum, quem e Baptistae Egnatii bibliotheca profectum bibliotheca Heidelbergensis, antequam Romam deportata fuit, servabat, Sylburgius contulit: videtur ille laxioris curae et diligentiae librarium habuisse. uterque tamen, item codex bibliothecae Coislinianae, cum in eis sint eaedem lacunae, ex uno eodemque codice profecti putandi sunt. ceterorum vero codicum, quorum aliqua in vulgus constat notitia, indicem ex Montefalconio et aliis libris confectum hic subiicere non pigebit, ut et quantam succurrendi Zosimo critica ope spem alere liceat, et quibus in locis auxilium quaerendum sit, constet.

In *Italia* reperiuntur

1. *Codex bibliothecae Vaticanae.* vid. Montfaucon Bibl. Manuscr. t. 2 p. 8 C.
2. *Codex bibl. Laurentianae Mediceae.* Pluteus 70, codex 22, p. xi membran. libri 5 cum *scholiis* quibusdam ad marginem, (quae scholia fortasse eadem cum marginalibus lectionibus Leunclaviani codicis sunt, et si res ita sit, unde Leunclavius codicem suum, qui ex Italia erat, acceptum habuerit, indicio nobis esse poterunt). Montfaucon l. c. p. 378 D.
3. *Codex bibl. Venetae S. Marci* 13 *y*. Herodianus et Bosmius (Zosimus) in pergameno. Montfaucon l. c. p. 472 A. Laurentius Theupolus (in bibl. S. Marci 1740 fol. p. 193) designat codicem 390 in 4, membranaceum, foliorum 158, saeculi circiter 15.

in *Gallia*

4. *Codex bibl. Coislinianae.* P. 1 p. 214. cod. 150, olim 368, bombycinus, 15 saeculi, habet folia 651: Dionysii Halicarnassei Roman. Antiq. libri 11 et Zosimi historia fol. 523. cum hic codex ex eodem exscriptus sit codice ex quo editiones, quemadmodum ex similitudine hiatuum colligi potest, emanarunt omnes, paucas modo, ut suspicari par est, exhibet lectionum varietates. conf. Montfaucon t. 1 p. 1057.
5. *Codex alter eiusdem bibliothecae.* Montfaucon t. 1 p. 1042 D.
6. *Codex bibliothecae Regiae Parisiensis* 2078: Nicephori Gregorae historiae Rom. pars prima; Zosimi histor. libri 5. Montfaucon t. 1 p. 728 C.
7. *Codex* 525 *bibliothecae Monasterii S. Remigii Remensis*, bombycinus, 16 saeculi, libri 5. Montfaucon t. 1 p. 1289 E.

8. *Codex* 526 *eiusdem bibl.* bombycinus, saeculi 16, libri 6. Montfaucon l. c.

p. XII in *Hispania*

9. *Zosimi Historiae novae libri* 6 cum Eunapii de Vitis Sophistarum. vid. Iriarte Catalog. mscr. Graec. bibl. Matritensis, 1769, fol. p. 277.

hi sunt codices qui, quod sciam, criticorum manibus nondum versati auxilii futuri spem incertam praebent. in *Mosquensi bibliotheca S. Synodi,* ubi compertum habebam conservari *Zosimi capita,* ut commodis editionis novae augendis haud deessem, *Stritterum,* clarissimum virum ac de Byzantinorum historia meritissimum, literis appellavi, ut doceret num quid inde utilitatis meo operi arcessi possit: verum humanissimis viri doctissimi literis intellexi esse illud opus, id quod vel nomen prae se ferre videbatur, non historici nostri, sed τὰ κεφάλαια cuiusdam ascetae. itaque ad contextum Zosimi constituendum, et quae ei insideant menda tollenda, quanquam destitutum me subsidiis membranarum cernebam, aliunde tamen animadverti posse aliquid afferri ad eam rem auxilii: formam enim orationis Zosimeae studio exploratam et cognitam, linguae ipsius analogiam ac leges et rerum ipsarum naturam vicariam quandam codicum praebere opem; inprimis vero lectione scriptorum a quibus Zosimus sua deprompsit, Dexippi Eunapii et Olympiodori aliorumque, qui vel ex eodem quo Zosimus fonte hauserunt, aut qui Zosimi ipsius auctoritatem secuti sunt eumque exscripserunt, veluti Sozomeni et Suidae, comparatione multa posse restitui. atque ab his adiumentis instructus, adiutusque virorum doctorum emendationibus et coniecturis passim obviis, ubi temeritatis abesset metus, in vitiosis locis emendationes, quas probatissimas intellexissem, sive essent alienae sive de nostris sumptae, admittere et contextui inferre, etsi bene memor cuius audaciae notam apud non-

p. XIII nullos subiturus essem, tamen decrevi. quando vero minus blandirentur coniecturae, quae libidini potius animi, quae temere grassatur in verba, quam rationis ac necessitatis imperio deberi viderentur, abstinendum ab iis ratus, lectores de iis quae uni alterive viro docto melius scribi visa sunt in notis brevissime monui et iudicii de iis ferendi copiam feci. ac ratio nostra emendandi versionem Latinam, quae Leunclavii secunda est, fere

eadem fuit, ita ut Latina, ubi in Graecis quicquam mutatum esset, ad eundem sensum corrigerentur.

Quam in notis criticis ordinandis secutus sum legem, ut ab evagationibus ad res aut alienas aut parum necessarias operam meam continerem, adstringeremque eam solummodo ad ea quae Zosimi sunt, eandem in iis quae de ipsius fide et rerum ab eo traditarum veritate disceptanda erant praescriptam mihi esse volui. historici autem argumenti animadversiones a criticis seorsim positae sunt, ne cumulanda notarum mole et onerando iis contextu taedium et difficultas pareretur lectoribus. versantur eae vel in argumenti summa vel in singulis historiae partibus; quarum notarum illud genus quod ad fidem maxime Zosimi spectat, in Disquisitione libro praemissa comprehensum, alterum in quo de singulis locis quaeritur, in Commentario historico propositum est. in utroque id inprimis operam dedimus, ut non modo diluceret quanta Zosimi sit ad fidem rerum ab eo scriptarum auctoritas, sed etiam quos et quales secutus sit auctores, quae propria ei sint, quae cum aliis communia, et quae ab eo omissa aut perperam tradita; cuius rei si quid a superioribus iam editoribus occupatum cerneremus, illud adsciscere et ad nostrum accommodare consilium non magis dubitavimus quam in admittendis animadversionibus *Io. Dan. Ritteri,* ad exempli quo usus erat oram adscriptis, et humanitate domini eius libri, *Io. Aug. Wagneri,* quem schola Merseburgensis conrectorem habet, mecum communicatis. p. XIV in critica quidem re istae animadversiones haud versantur, possunt tamen ad historiam illustrandam, praesertim in iis locis quae e Theodosiano codice lucem accipiunt, afferre utilitatem.

Et haec quidem studio meo editioni huic adiungere allaboravi, quibus si quid ad fidem Zosimi pernoscendam accuratius atque ad intelligentiam lucemque historiae maiorem redundaverit commodi, assecutum me esse putabo id quod in votis fuit, nec rem inutilem me peregisse arbitrabor.

Gottingae die 4 Septembris 1783.

C. G. HEYNII
IN NOVAM ZOSIMI EDITIONEM
ANNOTATIONUM PRAEFATIO.

p. 622 Cum redimendi operis huius condicio imposita esset a librario haec, ut ei tanquam corollarium aliquod operae meae accederet, standum mihi nunc promissis esse video; utque hoc cum fructu aliquo ad eos qui Zosimum lecturi sunt fieret, nihil accommodatius visum est quam ut animadversiones nonnullas in Zosimum subiicerem, quae inter legendum, missis ad me plagulis e prelo recentibus, subnatae sunt.

Zosimi edendi consilium nemo, puto, damnabit, qui inde a 70 annis nullam eius editionem factam meminerit; itaque exemplaria desiderari passim a viris doctis, et posse eorum esse usum aliquem etiam in scholis ad lectionis Graecae elementa. oratio enim est plana, simplex, nuda, raro exquisitiore aliqua elegantia sermonis condita; argumentum vero eiusmodi ut nec lectio nec interpretatio multas literas desideret, et vero partim superiorum temporum recensu strictim facto, partim rerum inde a Gordianis gestarum expositione iuveniles animos facile teneat. monebit forte aliquis paulo severior non bene ad seriores scriptores detrudi iuvenum ingenia: cui et ipse assentior, atque ita statuo ut ad classicos potius scriptores veteres ea retrahenda esse censeam, quia optimis quibusque exemplaribus fingenda et, cum bonarum rerum copiis, etiam elegantiae nitoris venustatis sensu imbuenda, ad iudicii autem subtilitatem ac veritatem acuenda sunt. videor tamen mihi haud raro observasse, cum alia ingenia in ipsis literarum elementis a difficilioribus suae operae initium facere mallent, alia desiderare facillima quaeque, in quibus noviciarum virium periculum elementarium facerent, ut nec in ar-

gumento nec in oratione esset quod ut assequi aut plane perspicere possent, alias aliunde paratas doctrinae copiolas requireret. ad hos igitur seu socordiores animos seu morosiores, qui ab ipso inde limine statim aperta omnia et perspecta habere volunt, nec quod alia ingenia, fungosa interdum et tumida, faciunt, leviter omnia pervolare, quae nec intelligunt; ad hos, inquam, animos usum aliquem habere potest scriptor nulla rerum nec verborum obscuritate notabilis, qui fiduciam aliquam virium iis faciat, cum p. 623 despondeant ad ea in quibus nihil expeditum sibi esse vident, nullum locum in quo vestigium tuto ponant.

Enimvero sunt alii quoque lectores, quibus nova Zosimi editione consultum esse voluit cl. editor. ut enim omnino cum ad iudicium animi acuendum tum ad locupletis doctrinae varietatem comparandam, qua non bene carere potest ingenium rerum actui idoneum, inprimis utile est non in uno scriptorum, etsi praestantissimorum, genere haerere, sed diversorum argumentorum aetatum generum genium et morem perspexisse factaque comparatione discrepantiam observasse, ita cum in ceteris disciplinis magnam utilitatem habet diversa ab iis quae edoctus sis sentientium placita tenere, tum vero in historiarum studio nemo satis feliciter versari potest qui aut vetera aut recentiora sola animo ac memoria complexus sit. circumscripta itaque et in angustum limitem contracta videas plerumque iudicia hominum utriusque generis. inprimis tamen salubre studium est eorum temporum et imperiorum, quae partim prava summae potestatis muniumque descriptione, partim morum disciplina luxurie primo corrupta mox perdita, ad interitum properarunt, si forte aliquid inde, quod ad nostra tempora utile sit, transferri possit, ut intelligatur cum religionibus et sacris purioribus, cum literis et doctrinis exquisitissimis, cum artibus commerciis navigationibus requiri tamen aliquid ad regnorum dignitatem et felicitatem in tempus diuturnum stabiliendam, disciplinam scilicet cum publicam tum privatam, qua corpora et animi indurentur, a luxurie autem ad frugalitatem et continentiam revocentur; nec imperium sustineri posse ullum nec libertatem civium retineri, non magis ac privati hominis familiam, ubi in tabulas expensi plus infertur quam in tabulas accepti: ubicunque enim rei publicae necessitates vectigalia et reditus superant, multo magis si ex insanis in

res inutiles et perniciosas sumptibus, nonnisi cum multitudinis iniuriis corrogari pecuniae possunt. ut exercitus ali, ut aulae fastus et luxus gliscere, ut populus aut optimates corrumpi possint, nova vectigalium genera, novi rapinarum tituli sunt excogitandi. interea ex publica calamitate crescunt passim multi et ditantur, iique dominationis fautores et instrumenta; mox exhaustis per omne vexationum genus pauperum scriniis exactiones grassantur per ceteros ordines, expilantur divitum quoque arcae; saevitur per delatores exactores satellites, tandem per tortores et carnifices. ita ex his regnorum opibus, quas alias
p. 624 nunc miramur, alias concussas et labefactas videmus, dominationum per Europam incrementa et ex his regnorum decrementa, mox excidia necessario aliquo rerum ordine apta et nexa sunt. adeo a parva et exigua causa, quod publice privatimque plus expenditur quam redigitur, omnis haec vitae calamitas rerumque clades proficiscitur. quod vero multo gravius et intolerabilius est, videntes meliora intelligentesque ea tamen rerum necessitate publice privatimque undique obsepti tenemur, ut nihil ex iis quae ad interitum rapiunt aut sisti aut remitti possit. *evoe! pessum ibimus!* ut apud Satyrarum scriptorem habetur. adeo vana res est hominum sapientia, quod errorum quidem fontes et caussas ea aperit, remedia quoque morborum monstrat, nec tamen potest efficere ut remedia recte adhiberi eaque quae illorum vires infringunt removeri possint. ad argutandum et declamatorie agendum affatim materiae est, ad emendandas et in meliorem locum collocandas res parum aut nihil. omnium harum fortunae vicissitudinum salutare propositum est exemplum in imperatorum Romanorum rebus, per ea maxime tempora quibus sacra Christiana publice recepta fuere; quorum si ad privatorum hominum animos emendandos et in rebus adversis erigendos et firmandos credere licet vim fuisse longe maximam, publice tamen fatendum est ea ad rem publicam melius constituendam parum aut nihil profuisse, contra alia mala intulisse nec minora ac leviora: adeo moribus continetur unice salus rei publicae et incolumitas.

Inter haec tamen sunt nonnulla quae in Zosimo displicere possunt. occurrunt enim passim aliqua a bonorum scriptorum usu aliena. sunt tamen illa pauca, eaque facile ab eo cuius interest observanda, ei autem qui in elementaria sermonis Graeci

doctrina versatur haud multum molestiae creatura. *) alterum est, quod superstitionibus suis, inprimis vaticiniorum et prodigiorum, exponendis taedium facit. si tamen hoc in Livio Xenophonte Suetonio et in scriptoribus ceteris ex melioribus aetatibus ferendum esse censemus, quidni condonandum hoc esse putabimus scriptori qui ea aetate vixit qua, quicquid erat hominum, in ceteris discors, consentiebat in uno hoc, ut ad rerum ordinem hunc sapientissime et pulcherrime constitutum caecutiens nihil magnum et memorabile haberet nisi quod praeter naturam factum putaret; ut in miraculis omnes defixi haererent, et rerum in praesens agendarum ad socordiam et stultitiam usque incuriosi de rerum futurarum praedictione unice laborarent et in nugosis praestigiis acquiescerent. **) quem tandem ex illa aetate scriptorem laudare possumus ab illa peste intactum? quid vero, si nostro tempore, in tanta cum sacrae tum profanae doctrinae luce, in hac physicarum chemicarum philosophicarum disciplinarum expolitione, passim viros videmus res supra naturalem rerum ordinem positas sectari et ad occultas naturae vires, ad arcanam aliquam sapientiam, ad geniorum et daemonum ludibria, aut praesensiones rerum futurarum omni causa idonea destitutas sua studia referre? Zosimum tandem lectorum, inprimis p. 625

---

*) Desideret forte aliquis horum vocabulorum indiculum factum: monitum tamen est de iis passim in notis a cl. editore. ita in verbis compositis praeposita πρός solemne nostro est ut simplicia praeferat, nec tamen in omnibus verum tantum in προσθέσθαι et προσποιεῖσθαι. ita ipsi θέσθαι est assentiri, pactione convenire: 1 20, 2 10, ubi et not. 2 55, 4 35, 4 42, 4 55, 5 27, 6 7, 6 12. ποιεῖσθαι simulare, prae se ferre, 4 42, 5 47. notabilia sunt διαφθείρειν τοὺς ὅρους τῆς βασιλείας pro συγχεῖν, ὑπερβαίνειν 1 5, ἐνθύσασθαι de sacris extispicum 2 12, πληροῦν τὸ πρόσταγμα facere 3 9, quod tamen exemplo non caret, τὸ σκῆνος de corpore humano 4 21, ἐν τούτῳ μὲν εὖ διεγένετο pro διῆγε 4 45, θέσις τοῦ ζῴου pro ἰδέα, species, habitus, 5 16.

**) Licet interdum studia diversarum partium agnoscere, certantium inter se, ne alterutris miraculi genus esset cuius ipsi simile haberent nullum. conspecti fuerant in proeliis aut in urbium oppugnationibus ab una parte dii, ab altera apostoli martyres et sancti. frigido commento urbem Athenarum a Gothorum impetu defendunt Minerva et Achilles 5 6. gentiles laudabant pro se oracula: ecce Christiani proferebant alia militantia pro se. servata fuerant passim statuae et simulacra sanctorum virorum in medio incendio, servati libri sacri, puniti tyranni sacrilegi et al. eodem exemplo servata videas lib. 5 24 signa Iovis et Minervae incensa curia Cpolitana, et punitum sacrilegium Stelichonis et Serenae 5 38. hominum istorum eam contentionem mutuo fuisse equidem nullus miror: sed melioribus saeculis virorum doctorum animos ad haec obstupescere et haerere potuisse miror.

p. 626 adolescentum, manibus excutient nonnulli, qui de Zosimo nihil nisi quod sacris Christianis infestus fuerit inaudierant. verum hoc ei factum opprobrium bene diluit cl. editor. nec alienum erit omnino illius aetatis mores perditos cognoscere; et tenere, imperatorum aulicorum monachorum vitam nihil fere habuisse quod Christianos a gentilibus discerneret, praeter odia diversarum partium diversa. nec vero, nisi corruptissimis hominum ingeniis moribusque, tantae rei publicae corruptelae, tam alienae a communi utilitate voluntates, tam superstitiosae de rebus divinis humanisque persuasiones obtinere potuissent.

Nihil itaque, nisi quod aut utile sit aut in utilitatem verti possit, habet nova Zosimi editio; cuius descriptionem cl. editor recte ita instituit, ut non intra verborum criticen operam suam contineret, sed rebus narratis quoque illustrandis aliquam studii partem addiceret. qua in re ipsi hoc videndum erat, ne, inprimis in priore operis parte, qua antiquiora strictim percurruntur, nimis disertus esse vellet. in extrema sane parte desiderabam interdum diligentiorem rerum illustrationem: facile tamen intellexi in multis esse Zosimum auctorem unicum, in aliis praecipuum; quae autem ab aliis memorantur, non esse locupletiora aut luculentiora; iis vero qui disputata super his historiis cognoscere volent propositos esse Tillemontii et nuper Gibboni libros; de barbaris pleraque esse diligenter tradita a Mascovio, breviores autem notitias exstare in opere Guthriano (inprimis t. 4 5 p. 1 et 4, t. 15 p. 1). ceterum de consiliis suis cl. editor ipse lectorem satis diligenter edocuit, neque eius opera et doctrina nostra commendatione indiget: specimina eruditionis suae ille, ab eo inde tempore quo seminarii philologici sodalitio adscriptus erat, proposuit cum alia, tum reportatam bis in societate antiquaria Casselana palmam, alteram qua ad victorem proximo loco accessit, *de luxu Atheniensium,* alteram victricem, *de condicione servorum inter Graecos eiusque vicissitudinibus;* quarum neutram a societate prelo excusam esse impatienter ferimus; tandem tertiam palmam principe loco super quaestione a societate Regia Gottingensi proposita *de re metallica veterum.* nuper quoque *de origine et ratione quaestionis inter Graecos et Romanos* commentatus est, cum summos in iure honores consequeretur.

FRID. SYLBURGII
PRAEFATIO.

Zosimeae historiae nihil hucusque typis publicatum fuit praeter duos libros priores, quos H. Stephanus cum Herodiano novem abhinc annis in lucem edidit. in ceteris libris usi sumus duobus exemplaribus calamo exaratis, quorum unum Aemerius Thuanus pro singulari erga rem literariam studio e Leonclavii apud Fr. Pithoeum codice suis sumptibus exscriptum nobis communicavit et Ioannes Opsopoeus cum archetypo contulit, alterum amplissima Palatinorum Electorum bibliotheca suppeditavit e Baptistae Egnatii bibliotheca profectum; cum quibus etiam primi duo libri a nobis collati et aliquam multis in locis partim suppleti sunt partim emendati. quod eo nomine hic praemoneo ut doctis constet quae quibus in huius scriptoris editione debeatur gratia. in annotationibus etiam hisce suum cuique tribuetur, Stephano Leonclavio et ceteris, a quibus aliquid ante nos ad huius auctoris expolitionem est collatum.

p. xv

IO. FRID. REITEMEIERI
DISQUISITIO IN ZOSIMUM
EIUSQUE FIDEM.

Quae de Zosimo constant.

Etsi Zosimus non tam adversam ac quidam alii vetustatis scriptores expertus est fortunam, quorum praeter nomen ac scripta nihil aliud ad aetatis nostrae memoriam pervenit, haud meliori tamen ad vitam eius pernoscendam versamur loco quam si nomen eius prorsus olim ignoratum aut a nullo veterum commemoratum fuisset. qui enim antiquorum de Zosimo eiusque libris historicis disserunt, Euagrius Photius et Nicephorus, nomini ipsius omnes infesti exagitantesque eum ut addictum superstitiosis sacris hominem, nec quicquam afferunt quod ad vitam Zosimi illustrandam ac scripta eius rectius diiudicanda inservire possit. in tanta eorum cupiditate traducendi et exagitandi Zosimum si quid iis innotuisset quo potuissent famam nomenque eius adspergere apud posteros ac fidem elevare, non omissum id ab inimicis eius fuisset. manifestum itaque est monumentorum inopia haud plura de eo tradendi copiam fuisse quam quae ex ipsius scriptis colligere et conquirere liceret. quare cum ea nobis sit in vitam eius inquirentibus condicio, ut alieni subsidii spe abscissa acquiescendum sit in iis modo rebus quae studio ac lectione assidua ex eius historia possint erui, eo impensior in iis eliciendis cura nostra esse debet, quanto maior huius cognitionis usus esse potest cum ad scriptoris consilium sollerter examinandum, tum potissimum ad fidem eius accuratius explorandam ac diiudicandam. *)

*) De Zosimo vid. *Fabricii* Bibl. Gr. t. 3 p. 605. *Hankii* Script. Rom. p. 1 p. 180 et p. 2 p. 316.

De aetate Zosimi, de qua ut principe quaestione priore loco Aetas Zosimi.
disceptare placet, sententiis, ut in re incerta ac dubia, variatum
a viris doctis est, dum alii eam ad Honorii, alii ad Anastasii p. xvi
tempora referendam censerent, adeo ut eorum qui maxime inter
se opinionibus discrepant tantus sit dissensus, ut per saeculi spa-
tium aetatem nostri auctoris incertam ferri et fluctuare videamus.
Lambecio *) quidem historicum nostrum Olympiodoro antiquio-
rem facienti collocantique intra annos 410 et 425, quippe ter-
minos utriusque scriptoris historiarum, iccirco non adstipulamur,
quod Olympiodorus, cuius nomen diserte commemoratum a Zo-
simo non sine vi et contextus iniuria loco moveri ac pro glosse-
mate eiici potest, certissime Zosimo aetate superior fuit. iam
Saxius **) ad aliquanto seriora descendens tempora, indicio
carminis Syriani a Zosimo laudati, intra annum 431, circa quem
Syrianus floruit, et 438 aetatem illius includit. ad multo sane
inferiora reiicitur Zosimus tempora ab Henrico Valesio, qui duo-
bus subnixus argumentis Anastasii imperatoris eum aequalem
fuisse credit, primum quod Syriano, cuius apud Zosimum men-
tio, Proclus Diadochus, Anastasii aequalis, praeceptore usus sit,
deinde quod Zosimum sophistam Anastasii regno florentem Sui-
das commemoret. quis vero sit quin intelligat argumenta adeo
imbecilla fidem facere nullam ei sententiae posse? nam quod
Procli Diadochi praeceptorem Zosimus laudat, non iccirco fit
quod discipuli illius sit aequalis aetate habendus, quandoquidem
Syriani mentio ab omnibus iis fieri potest qui post eum vixere.
porro non magis certum est Zosimum sophistam, quem Suidas
laudat, cum historico nostro pro eodem esse habendum: ex con-
trario a Suida historiographum, nisi ignoratum, saltem cum alio
eiusdem nominis confusum fuisse vel inde demonstrare possumus,
quod, quamvis ex Zosimi historia ad literam quaedam loca de-
scripta suo operi inseruerit, ***) nusquam tamen mentionem p. xvii
eius fecit certam et luculentam. ex argumentis igitur, quibus
dubiam aetatem Zosimi stabilire et ad certum tempus adstringere

*) Biblioth. t. 6 p. 183.

**) in Onomast. t. 1 p. 498.

***) ne existimemus Eunapii, quem Suidas excerpsit et Zosimus breviavit, loca esse ea quae in utriusque operibus similia deprehendimus, cum alia tum maxime cap. 7 libri 1 Zosimi prohibet, quod eorum temporum continet res quae ab Eunapio non attingebantur.

allaboratum a viris doctis, unum tantummodo est satis validum, quod ex Syriani facta commemoratione patet Zosimum ante eius aetatem non vixisse. ceterum pro certo ponere licet vixisse ac scripsisse Zosimum medio inter annos 431 et 591 tempore, quippe quod primo anno floruit Syrianus, qui ultimus laudatorum a Zosimo scriptorum est, et scripsit postremo Euagrius, qui primus eius, quod scimus, mentionem fecit. fluctuat sic aetas historici nostri intra centum et sexaginta annorum spatium: veruntamen duo argumenta ex ipsius historia elici possunt, quibus eam ultro citroque artioribus limitibus ita includere speramus, ut sub exitum saeculi quinti collocandam esse probabile fiat, postquam res Romana in provinciis iam corruerat.

Primum Zosimus, ubi sui ipsius aevi calamitates deplorat, eam esse imperii fortunam ait ut Romanis vix quicquam pristinae supersit magnitudinis, dum provinciarum aliae barbarorum potestatis factae, aliae ad eam solitudinem redactae sint ut ne urbium quidem situs cognitus sit. *) ea esse scriptoris qui non infractam ac debilitatam imperii vim cerneret, sed iam ipsam ruinam in oculis haberet, quis est qui non perspiciat? profecto non Honorio, quo regnante vis illa Romanis adeo fatalis etiam ex Zosimi sententia primum ingruere coepit, aequalem putabimus eum qui urbium vastitie deletarum vestigia iam nulla superesse aetate sua profitetur: verum ut is longo satis intervallo vixerit post Honorii aetatem, necesse est. ne quis vero exinde, quod *plurimam* tantum *provinciarum partem* scribat a Romanis amissam, adeoque stetisse adhuc, rebus nondum prorsus exstin-
p. XVIII ctis, aliquam imperii speciem, colligat inferatque in Italia servatas fuisse imperii occidentalis quasi reliquias, alius locus prohibet, in quo *prorsus interiisse* ait imperium. **) alterum argumentum, quod Zosimi potest aetatem definire, hoc est: Zosimus professus, ut Polybius rerum Romanarum incrementa narraverit, ita se earundem ruinam exponere, utriusque fere fortunae ita exaequat tempus ut ruinam similiter ac incrementa imperii haud longo temporis spatio inclusam fuisse scribat. ***) Polybio autem annos quibus creverint imperii res numerante quinquaginta fere et tres, Zosimum rebus imperii occidentibus eundem fere

*) 3 32, 4 59. **) 4 21. ***) 1 1 et 57.

attribuisse annorum numerum necesse est. quo posito, Zosimum ab eo tempore quo ruere res Romanae et collabi coeperunt, adeoque inde ab anno divulsi per Theodosium et inter filios Arcadium et Honorium divisi a. 395 imperii, saeculi fere dimidia parte, adeoque circa occidentalis regni excidium, vixisse credemus. quare nec mirabimur Euagrium, ad centum annos ex computo nostro a Zosimi aetate remotum, cum obliterata iam ipsius inter homines memoria historia eius solum exstaret, num vixerit Arcadii et Honorii regno ambigere.

Quae de reliquis ad vitam Zosimi pertinentibus rebus ex ipsius scriptis eruere licet, ea non magis copiose aut citra omnem dubitationem tradi possunt quam quae de aetate eius inde sumpta docuimus. si fides habenda inscriptioni quam historia Zosimi habet (et genuinam esse, confirmare Photii eam repetentis testimonium videtur), *comitis et exadvocati fisci* dignitatem obtinuit, cui satis ingens decus ac locum illustrem adiunctum scimus. sexaginta enim viri illi quorum in numero Zosimus erat, ex advocatis centum et quinquaginta in foro praefecti praetorio, ut curam fisci haberent, aut singulis annis aut biennio quoque electi, satis magnis utebantur privilegiis, et praeterlapso quo fisco ut patroni praeerant tempore non modo dignitatem ac privilegia pristina retinebant, sed titulis insuper virorum spectabilium condecorati inter comites consistorianos referebantur. inde si inferimus Zosimum iuris rerumque fiscalium fuisse peritum, et Cpolim, nisi patriam, saltem sedem ei fuisse, a probabilitate id non abhorret. id tamen mirum videbitur, quod Zosimus, qui gentilis superstitionis cultorem se in suo opere profitetur, eo tempore quo patrii ritus ac caerimoniae iamdudum imperatorum edictis profligatae abrogataeque essent, et dignitatem illam nactus et pietatem Christianorum imperatorum exagitare ausus est, nisi credamus eum occultasse ea quae in Christianam religionem scripserit, nec nisi post eius mortem ea in vulgus prolata fuisse. p. XIX

Quae de Zosimi aetate dignitate ac munere, doctrina vita et religione protulimus, ea quamvis neque multa neque satis certa sint, possunt tamen demonstrare historico nostro non modo vera percunctandi, videndique multa quae traderet, in oculis ipsius posita, facultatem fuisse, sed animum etiam eius, religionis diversitate occupatum, abhorruisse a studio palpandi imperatoris,

quod Christianorum hominum ea tempestate infecerat animos, ut falsissima quaeque traderent, alia vera occultarent. enimvero altera ex parte suspicari licet ad nimiam gentilium laudationem eum proclivem et in exponendis Christianorum rebus iniquiorem fuisse, animo quoque tum ipsa religione contactum, tum rerum in quibus exponendis versabatur atrocitate aliquam acerbitatem fuisse iniectam, ita ut reprehensionum, quibus calamitatis publicae auctores, Christianae religionis cultores, sectaretur, acrimonia in iniquitatis suspicionem incideret, et sagillatoris potius quam historici candidi munus gessisse videretur.

'onsilium uctoris.

Scribendi interitum rei Romanae aperiendique calamitatum causas consilium ex Polybii, qui eandem florentem et rerum incrementis auctam explicaverat, *) imitatione initum, ac pro cultu literarum aetatis Zosimeae, quae longe iam desciverat a vera et ingenua ratione historias scribendi, satis laudabile et Polybio
p. xx dignum videtur. in argumento tamen suo pertractando Zosimus non ita versatus est, ut eius ad cuius imitationem consilium et studium direxerat virtutes, sagacitatem et sollertiam inveniendi rerum causas quidque exinde sequatur videndi, et orationis ubertatem aequaret aut proxime accederet. ordine tamen rerum enarrandarum satis apto ad suum consilium usus est. antequam enim ea attingat tempora quibus res Romana in peius vergere ac labare coepit, et quae scribendo persequi ipsi maxime propositum erat, altius repetita calamitatum origine ad Augusti regnum redit, et quid rebus Romanis mutata ab eo imperii forma invectum sit incommodi, aperire et illustrare studet. cum autem orbis Romani antiquam faciem ac condicionem legentibus cognitam et perspectam esse vellet, ita commode moderatus est institutum suum, ut quo magis ad postrema tempora progrederetur, eo copiosius res exponeret. quare brevissime explicata est annorum fere trecentorum historia, libro primo comprehensa, copiosius aliquantum posteriores res, quae secundo tertio et quarto libro continentur et vix saeculi spatium complent, res Constantini et deinceps ad Theodosium usque imperatorum. quibus quasi praefaminis loco praemissis cum accessum sibi ad argumentum suum praestruxisset, oratione iam latissime fusa et impensiori

*) 1 59. cf. 3 32, 4 59.

aliquo studio, quae Arcadio et Honorio imperantibus urgere Romanos eorumque rem publicam evertere coeperunt mala, enarrare pergit. ea etsi satis praeclare et cum laude peracta sunt, id tamen reprehensione haud caret, quod Zosimus ultra imperatoris primum rei publicae impositi tempora retro exspatiatus ea quoque attingit quae gentis adeo Romanae origines anteverterunt, quodque exponit quae apud Persas Graecos et Macedones principatus vicissitudines fuerint. qua in re, etsi ad imitationem Polybii ea a Zosimo adumbrata sunt, iudicium tamen hominis desideres: nam aliena erant ab instituto, quod ad casum et excidium imperii Romani spectabat. quod autem magis ad rem faciebat, ut quemadmodum Polybius incrementorum, ita ipse occasus rerum comparationem institueret, id, quamvis monere p. XXI eum argumenti ratio potuisset, non animadvertisse videtur.

Aliam, et eam quidem omissionis, culpam sustineret Zosimus, si, ut vulgo putatur, historiae suae eo quo nunc eam terminatam videmus anno finem imposuisset, et quae praecipue ab eo erant pertractandae posteriorum temporum res, non adverso aliquo fato ab opere instituto depulsus, sed consulto et sua sponte omisisset. verum ut in aliam abeamus sententiam et statuamus aut Zosimum seu morte seu alia qua sinistra fortuna impeditum fuisse quo minus historiam ultra annum 410 continuando excidium imperii eiusque causas explicaret, aut partem operis ab auctore ad finem perducti temporis iniuria intercidisse, id pluribus certissimisque rationibus monemur. aperte profitetur Zosimus suum consilium perducendi historiam ad suam aetatem, *) quae ab anno in quo historia eius nunc subsistit plus ferme quam sexaginta annorum spatio distat. porro desiderantur causae calamitatum quibus urgebantur Romani, et oracula quibus occasus imperii praedictus, quanquam in fine historiae utramque rem se afferre et docere velle pollicitus est. **) satis rationum est ad intelligendum iacturam Zosimum in postremis libris fecisse, cuius ipsius rei vestigia adhuc in mutila periodo ultima exstant. quamobrem etsi manifestum sit Euagrium et Photium non pleniorem Zosimi historiam quam nos habuisse, non illud in aliam sententiam adducere nos potest: illud modo inde intelligitur, istam

*) 4 59. **) 1 58, 4 28.

iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem contigisse: nam si absolutam eam suis numeris habuisset, plura ex eo in rem suam allaturus fuisset.

Amissa autem parte quae praecipua erat operis, in qua rebus exponendis cum copia et ornatu ingenium auctoris et ars nobilitari poterat, in libris qui supersunt, quattuor prioribus, vir-
p. XXII tutes eius exigendae sunt ad epitomatoris potius quam ad historici, quem vocant, pragmatici leges, nec ultra quicquam in iis requirendum quam quae in breviariis spectantur, rerum vera et accurata expositio et perspicua ac concinna oratio; quae quidem virtutes non modo eum non deficiunt, sed aliis insuper ornamentis, rerum delectu bono et iudicio idoneo sunt auctae. neque tamen omnino vitiorum illud genus vitavit quod breviantium esse solet. sunt enim nonnulla male omissa, alia perturbate ac confuse dicta, passim aliena intermixta, id quod in iis maxime locis accidit ubi in religionis suae superstitiones inciderat; *) temporum autem ratio rarissime notata est, interdum confusa. attamen vitia illa neque tanta sunt neque tam multa, praecipue in postremis libris, in quibus et orationis copiam maiorem et diligentiam curamque impensiorem deprehendere licet, ut iis virtutes eius obruantur; sed maior eius erit virtutum laus quam vitiorum reprehensio.

Cum in postremis libris, qui periere, locum, qui esse debuit historiae illustrissimus, de calamitatum et ruinae imperii Romani causis pertractaverit, non incommodum videtur istas causas ad excidium regni adeo efficaces, quantum licet, ex reliquis libris, ubi eas obiter attigit, eruere et hic subiicere, cum res sit et per se satis gravis et ad recentiorum hominum, qui iisdem causis investigandis vacarunt, iudicia comparanda utilis. **)

---

*) e. g. 4 6 et 18, 5 41.

**) Recte monuit v. cl. totam fere eam historiae partem, e qua maxime censenda erat Zosimi fides et auctoritas, sub finem libri interiisse. tradiderat in ea cum modum rationemque tum causas excidii imperii Romani, idque ita persecutus erat ut ad Polybii exemplum se componeret; quod quidem ipse Zosimus testatur lib. 1 c. 1. cf. 1 57. iis tamen locis quae adhuc exstant, quoties causas excidii commemorat, non satis sibi constare videtur: nam illo loco id maxime sibi propositum habere videri vult, ut declaret fato omnes rerum humanarum inversiones fieri, fato quoque rem publicam Romanam ad exitium properasse; aliis locis (inpr. 2 7, 4 59, 5 38, 5 41) a contemptu sacrorum patriorum causas exitii repetit. nisi forte rem ita ex eius sensu expediendam putabimus, fatale rei publicae Romanae fuisse ut

Summa causarum quibus imperii excidium adscripsit.

Originem malorum a mutata civitatis liberae forma repetendam esse primo loco censet. *) commisso imperio vasto, tot tantasque provincias populos maria terras complexo, unius hominis arbitrio, non potuit ille amplius, etiamsi administrationis habere curam vellet quam maxime, rebus rite gerendis par esse. quanta enim opus erat vigilantia et alacritate, ut provinciis tanto intervallo ac longinquitate dissitis ac remotis tempestive succurreret, quanta sagacitate in exquirendis iis quos pro magistratibus mitteret, quanta prudentia; iudicii vi, divina mente in innumeris rerum ac negotiorum generibus! cum autem plerique imperatores ab hac rerum administrandarum cura ad libidines et voluptates versis essent animis, omnia ea mala succedere necesse erat, quae imperium Romanum afflixisse notius est quam ut nunc declaratione nostra opus sit. p. XXIII

Novus gravium malorum auctor exstitit Constantinus, qui institutis novis ac perniciosis maximum rei publicae intulit vulnus, non quidem praetorio exstincto, ut recentiorum nonnullis visum, itaque nec ulla aut laude aut reprehensione addita eam rem commemoravit Zosimus: **) verum eo Constantinus gravissime in rei publicae salutem peccavit et indicante Zosimo cala-

---

sacris patriis desertis ad interitum rueret; ad contemptum sacrorum spectare, quod praedictiones varii generis, quibus hac de re monebantur homines, fuere spretae ac neglectae. qua quidem in re etsi nihil esse potest minus optabile quam praedici res, quarum eventus nullo modo evitare potest: quis enim non maius fore beneficium intelligat eius qui aut futura, si mutari nequeunt, omnino non manifestet, aut si futura aperit, quomodo tristia et acerba avertenda sint, insuper doceat? sed in hoc non magis homines sibi constant quam in tot aliis, quae ad gravissimos vitae humanae casus spectant. fatalis quoque necessitatis notionem habet parum constitutam: *ad Parcas* enim eam refert, *seu ad sidereorum motuum revolutiones, seu numinis voluntatem faventem iis quae pro virium nostrarum modulo et secundum ius et aequum suscipiuntur;* †) inde *constare* subiicit, *divina providentia res humanas administrari;* ††) quod quidem ad tertiam modo causam memoratam, *numinis voluntatem*, referri posse videtur. HEYN.

†) Ita fere accipimus verba obscura et partim corrupta, 1 1: *ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μετὰ τοῦ δικαίου ἀκόλουθον οὖσαν.*

††) Obscura vero et hic oratio: *δόξαν — τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν.* quod esset: *attributam esse, creditam esse, divinae providentiae;* quo sensu alias esset *ἐπιτετράφθαι.* sed suspicor fuisse scriptum *ὑπογεγράφθαι*, *delineatam*, *informatam*. *constitutam* esse rerum humanarum administrationem per divinam aliquam providentiam.

*) 1 5. **) 2 17.

mitatum deinceps omnium semina iecit, quod parum de imperii securitate sollicitus milites, quibus commissa finium cura erat, avocatos per mediterranearum provinciarum urbes dissipaverat.[1] nam ista imperatoris imprudentia non modo barbaris liberiores per limites praesidio nudos excursiones erant, sed milites etiam urbium, quas custodia nulla egentes insidebant, deliciis et luxuriis fracti a disciplinae severitate desciscebant. militum corruptelis et licentiae Constantinus alio etiam instituto accessionem attulit, cum numero praefectorum praetorii aucto et potestate rerum et civilium et militarium, quae antea copulata in unius magistratus manu fuerat, inter plures divisa et imminuta, insuper praefectis praetorio in milites ius ac potestatem ademit. nam eo factum est ut milites reformidantes antea praefectos, quod hi stipendio non dato punire eos ac coercere poterant, posito metu solute et licenter agerent.[2] sicuti autem Constantinus afflicta re militari in summum rem publicam adduxerat periculum, ita tributis gravibus et ad omnium ordinum omnisque sexus molestiam inventis vexare provincias coepit, quae fisci licentia, exactionum acerbitate, magistratuum avaritia opibus

p. XXIV exinanitae ad extremam inopiam redactae sunt.[3] addit his Zosimus tandem hoc quoque, quod imperator deserendo sacra maiorum, per quae, ut Zosimus ex paganorum superstitione sentit, salus et fortuna imperii per tot saecula steterat,[4] adoptandoque Christianorum religionem, ἄλογον συγκατάθεσιν,[5] deorum tutelam a Romanis abalienavit.[6] omissa nunc aut impugnatione aut excusatione huius opinionis, id tantum monere liceat, Zosimum, etsi non omnino, quae ex religionis novae, qualis tum erat, adscitae pravis institutis ad Romanos redundasse mala recentiorum nonnullis videntur, animadversa habuerit, instituta tamen monachorum, ut rei publicae exitiosa et neque ad militiam neque ad aliam rem utilia, ad homines vero opibus pietatis specie spoliandos egregie inventa improbare et reprehendere.[7] quod vero vulgo credunt, religionis Christianae praecepta valuisse ad debilitandos militum animos virtutemque

---

1) 2 34. 2) 2 33. 3) 2 38. 4) 2 7 et 29. 5) 4 59. 6) cf. 4 33 et 37. 7) 5 23, ubi praeclare ait Zosimus *monachos sub praetextu, quasi cum pauperibus sua omnia communicarent, omnes ad paupertatem et inopiam redigere.*

bellicam frangendam, id Zosimus diserte quidem et satis dilucide nusquam dixit, tamen obscure illud quibusdam in locis significatum ire videtur: [1]) quam vero exitiosum rei militari interdictum illud fuerit quo exclusi sacrorum cultores patriorum a militia erant, [2]) verbis ab eo minus ambiguis declaratur.

Disseminatis ita per Constantinum malorum causis, postquam bellica virtus et rei militaris cura, quae in Iuliano et Valentiniano erat, [3]) vulnus inflictum imperio aliquantum lenierant averterantque ad tempus mali clam serpentis vim et exitum, Theodosius, Romanorum primum virtute sua sospitator, pravis perniciosisque deinde in re militari institutis, luxuriosa vita et, quemadmodum Zosimus opinatur, religionis maiorum odio et Christianae studio, [4]) eversor imperii factus est. peccatum in p. xxv militia, quod magistros militum creavit quinos, et ceteros qui copiis praeessent, praefectos alarum, duces turmarum et tribunos numero plus quam duplo auxit, quo factum est ut eorum avaritia magnopere vexarentur milites, fraude subtractis iis quae ex fisco praebebantur. [5]) res autem maxime rei militari exitiosa fuit barbarorum ingens multitudo, quam Theodosius longe numerosissimam alere atque legionum adscribere numeris instituit. tanta fuit eorum multitudo ut Romanis numero paucioribus iniicere metum et rei publicae tranquillitatem turbare facile possent. [6]) militantes apud Romanos barbari, aut ex captivis aut ex hostibus adsciti, corrupti insuper annona ac muneribus, quibus donabantur supra milites reliquos, solutiores insolentioresque erant; [7]) praeterea habiti sunt adeo negligenter ut, militum descriptione nulla facta, iis redeundi ad suos et, si ipsis militiam facere displiceret, alios suo loco mittendi copia fieret. [8]) barbari isti nulli disciplinae assueti, insolentissimi, seditiosi [9]) ac dissidentes a Romanis, [10]) non verebantur cum popularibus agros colentibus Romanos conspirare, [11]) et ubi nacti in regia summos honores essent, Romanis, quibus se praestare virtute cernebant, despectis tumultus ac turbas ciere. [12]) itaque huiusmodi hominibus, qui Romanis non praesidio sed detrimento erant

1) 3 3 ibi not. 2) 5 46. 3) 3 3, 6 3, 4 3. 4) 4 59. 5) 4 27. 6) 4 30. 7) 4 39 34 40 83. 8) 4 31. 9) 4 30 33 39 56. 10) cf. 5 34. 11) 4 26 et 31. 12) 4 54 et 56.

eorumque avidissime inhiabant opibus, ad copiarum, quae auspicante Theodosio regnum admodum imminutae fuerant, [1]) augendum numerum receptis, atque commissa iis imperii custodia, facile praevideri poterat ad ultimum discrimen adductum imperium iri, cum primum imperatores rem publicam capessivissent quibus ad coercendam barbarorum insolentiam virtus
p. XXVI deesset. et tales imperatores imperium nactum est filios Theodosii, eius successores. tandem idem imperator gravis in cives molesta exactione pensionum esse, et quae reliqua provinciis barbarorum praedatio fecerat, spoliare sibi coepit, [2]) ut non modo barbaris imperii custodibus stipendia praebere, [3]) sed indulgere etiam voluptatibus, quibus diffluebat, posset. sumptus enim faciebat immodicos in mensam, cui inserviebant coquorum ac pocillatorum turbae, [4]) et in theatri spectacula obscena, [5]) eademque luxuriei alios gliscente peste infecit. provinciae tributis impositis summaque severitate exactis, [6]) iure venali, [7]) magistratibusque avaris commissae, [8]) opibus virisque exhaustae tam miserabili condicione erant, ut aliis in locis solitudo facta esset, aliis homines non tam viverent quam spiritum ducerent, quibus vita intolerabilis (*βίος ἀβίωτος*) esse videretur. [9])

Succedentibus tandem parenti Arcadio et Honorio, stupidis ac stolidis hominibus, ruina imperii celerrime approperata est. ea erat hominum, quorum tutelae utriusque imperii domini commissi erant, aviditas et rapacitas, ut locupletum domus expilarentur, [10]) et provinciae oppidaque exinanita pecunia, cuius inopia et Romam ipsam tenuit maxima, [11]) destituerentur habitatoribus, qui barbaros pro liberatoribus potius quam hostibus ducebant. [12]) viribus igitur imperii ita accisis ut non suppeteret pecunia qua aut barbaros, si incursionum ab eis periculum esset, delinire, aut milites, quibus eorum impetus coerceretur, alere possent, provincias orientales primum barbari adorti sunt, cum interea intestinis odiis discordiis flagitiis conflagrarent omnia; et prope erat res ut rebellione Gainae et Tribigildi, qui duces

---

1) 4 29. 2) 4 29. 3) 4 59. 4) 4 28 et 50.
5) 4 33 et 50, 5 7 et 25. cf. 4 33. 6) 4 41 et 32.
7) 4 50 et 40 et 52. 8) 4 23 et 37 et 40. 9) 4 29.
10) 5 12 et 1. cf. 5 5 et 25. 11) 5 4. 12) 4 29, 2 38.

barbarorum erant, tanquam uno ictu omnia corruerent. [1]) sustentabat interim Stilicho, quem ultimum imperii columen habebant Romani, labantes provinciarum ad occasum res, [2]) donec eo sublato extrinsecus illata vis rem Romanam penitus pessumdedit. Alarichus enim in provincias Romanorum effusus cum ingentem multitudinem tam barbarorum quam servorum, quae ad eum confugerant, in fidem recepisset eisque suum robur firmasset, [3]) Romanos consilio prudenti destitutos, et praesidium neque in fide barbarorum [4]) neque in ducum suae gentis virtute [5]) habentes, ita afflixit ut, exstincto ferme nomine Romano, provinciae extra Italiam fere omnes aut vastitie deletae aut barbarorum dicionis factae essent. p. XXVII

In his calamitatibus imperii Romani causisque et origine earum explicandis cum Zosimus satis sollerter et cum laude versatus sit, id tamen miramur, quod Alarichi primum in Italiam descensum plane omisit, et Alanorum Vandalorum et Suevorum in Galliam irruptionem obiter tantum attigit, [6]) cum tamen utraque calamitas ad excidium imperii efficacissima exstiterit. quae obsidionem Romae secundam seu tertiam, cuius noster in fine historiae mentionem facit, exceperunt mala et ultima Italiae clades, quamdiu ibi imperatoriae dignitatis umbra exstitit, ea in Zosimi historia fortunae iniquitate desiderantur, quo efficitur ut calamitatum imperii expositio haud ad finem perducta sit. tandem orbis Romani haec fuit Zosimi aetate facies ac fortuna. omnia a barbaris tenebantur; pleraeque ab iis provinciae erant occupatae, ceterae aut sui iuris factae aut agris oppidisque vastatis desertae, adeo ut urbes aliae ita a fundamentis excisae essent ut vestigia vix hominum oculis cognosci possent, aliae haberent incolas, sed raros egenos et ad extremam miseriam redactos. [7]) ingeniorum, quorum quasi segete olim res humanae viguerant, sterilitas invaluerat maxima, [8]) et virtus bellica [9]) ac literae, [10]) quibus florebant olim Romani, penitus eos destituerant. p. XXVIII

---

1) 5 13—23. 2) 5 34. 3) 5 42. 4) 6 9. 5) 5 36. 6) 6 3. 7) 3 7, 4 59, 3 32, 2 38 et 34. 8) 1 1. 9) 5 41. 10) 5 24.

Fides Zosimi. In pervestigandis et explicandis rerum Romanarum ad ruinam vergentium causis quanta fuerit Zosimi sagacitas, cum satis ex his manifestum sit, iam fore speramus ut ad existimationem suam aequiores nanciscatur arbitros. hos quo minus inter superiorum temporum homines habuerit, partim fides eius suspecta partim religionis ratio in causa fuit; quo factum est ut criminationis potius quam laudis fama celebre nomen ipsius in ore hominum ferretur. ad fidem igitur Zosimi explorandam cum disquisitionis nostrae cursus procedat, videndum est, illa qualia sint, quae animum eius occaecare ita potuerint ut res falsas et erroneas traderet; qua quidem via intelligi poterit non modo qualis in eo sit malae fidei labes, sed etiam quibus in rebus quibusve locis potissimum falsa tradiderit; denique, probatione tanquam in trutina facta, perspici poterit quaenam sint ea in quibus auctoritas eius et utilitas integra et nulli suspicioni obnoxia maneat. laudamus et probamus scriptorem, qui quando non suae sed superioris aetatis historiam enarraturus est, auctores sequitur bonos, aetate proximos aut aequales, et in rebus explicandis copiose scite et cum fide versatos, qui porro eorum talem usum facit ut res conquisitas, iudicio subtiliter facto, accurate transferat et in suum usum vertat, ita ut praeiudicio mentis nullo, quod a veri sensu abducere possit, ad historiam conscribendam accedat, qui tandem nec studio nec odio alienatus a veritatis praeceptis recedat. quatenus in hunc censum Zosimus referendus sit, in sequentibus apparebit, ubi eum ad singulas historici diligentis ac fide digni virtutes exegerimus.

Primum a scriptorum, quos secutus est, auctoritate vix aliqua adversus eum criminationis causa arcessi potest, quandoqui-
p. XXIX dem Dexippus Eunapius et Olympiodorus, quorum auctoritatem Zosimus secutus est, partim dignitate partim doctrina conspicui et graves fuerunt scriptores. scripserunt suae quisque aetatis historiam et res quae ipsis maxime ante oculos erant; narrationis genere non compendiario et epitomatoribus solenni usi sunt, sed res diserte et accurate exposuerunt, quamvis a concinnitate parum commendata esset oratio. laudes istae etsi praecipue ad Dexippum et Olympiodorum pertinent, quorum fides nulla, ne ob religionem quidem paganam, suspicione afflicta fuit inter veteres, Eunapio tamen, qui diversum ab illis vitae genus secutus

literis operam dederat, auctoritas debetur haud minima, vel invito Photio, qui fidem ei ut sugillanti Christianos abrogat. nam iudicio suo, quo fidem eius evertere Photius studet, non modo firmamentum ullum non adiunxit, verum etiam satis dilucide prae se fert invidiam, qua istorum temporum Christiani homines incensi non verebantur, quicquid in paganis laude dignum esset, elevare, eosque, si de rebus Christianorum severius iudicare ausi essent, exagitare ut calumniatores et conviciis lacerare. ceterum Eunapius non suae modo aetatis res erat persecutus, sed ad saeculi fere spatium regressus historiae suae primordium a regno Claudii secundi fecerat, quo Dexippus, aequalis eius, suo operi finem imposuerat. fuisse Eunapio in ea operis parte, qua res suam aetatem antegressas exposuerat, auctores haud contemnendos rerumque et civilium et militarium haud imperitos, vel ex Zosimi breviario, quod ex Eunapio confectum est, intelligere licet; praeterea nonnullas res, ut vel ipse in Vitis Sophistarum innuere videtur, a philosophis Maximo et Prisco, qui ut praeceptores Iuliani summa eius familiaritate usi, eiusque expeditionibus consuetudinis habendae causa ab eo ducti interfuerant, tradita acceperat. quodsi Eunapii non eadem fides et auctoritas fuit quae Dexippi et Olympiodori, Zosimi etiam hactenus pro diversitate fontium, unde hausit, non una eademque erit auctoritas, poteritque de ea iudicium fieri inprimis in libri primi qua- p. xxx
draginta capitibus prioribus, inde ad libri quinti caput vicesimum fere sextum, et in postrema parte historiae. in priore enim loco, quod satis constat, Zosimus secutus est Dexippi Synopsin historicam, in altero, qui maiorem operis partem constituit, Eunapii Chronicon, in ultimo Olympiodori Silvam. *)

Ex scriptorum itaque, quos nominavimus, auctoritate pendet Zosimi fides. interea tamen ille etiam sua quaedam attulisse videri debet sibique propria. non enim e genere epitomatorum et breviatorum habendus est, qui, servili opera scriptoribus in compendium modo redigendis addicta, neque fidem eorum neque vestigia relinquunt. occupat quasi medium inter utrumque historicorum, qui proprie eo nomine appellantur, et abbreviatorum genus locum Zosimus, ut non modo suum consilium et propriam

*) Copiosius de ea re egi in Biblioth. Philolog. t. 2 1780 p. 225 seqq.

instituti rationem sequatur, resque ex auctoribus petitas ad eam accommodet, recisis aliis, aliis modo plus modo minus coartatis, sed ut aliis etiam scriptoribus, praeter Dexippum Eunapium et Olympiodorum, in auxilium vocatis et adhibitis eos, quos sibi maxime duces elegit, emendet aut suppleat. verum in hac opera Zosimo interdum humani aliquid accidisse negari nequit. non enim ubique satis sibi cavit quo minus narrationem obscuraret, omissis quae scitu erant necessaria; id quod in contrahendis prolixioris ac confusi stili scriptoribus, Eunapio et Olympiodoro, facile incidere potuit, inprimis si studium ac diligentiam minorem quam par erat adhiberet. nec improbabile est praematuro fato Zosimum fuisse impeditum quo minus historiam suam, iterata lectione, acutioribus perlustrare oculis et obscuris locis perspicuitatem reddere posset.

Maiorem aliquis suspicionem Zosimo iniiciat, qui revocato in mentem et consilio, quod ipsi in opere suscipiendo fuit, et opinione, quae de Christianorum religione eius animo inhaesit, p. xxxi id eum molitum esse meminerit, ut ostenderet in maiorum spretis adscitisque Christianorum sacris positam esse calamitatum, quibus Romani vexarentur, causam. metus inde subit ne Zosimo idem acciderit, quod evenire solet illis qui student accommodare res, quas explicare cupiant, ad hypothesin aut opinionem quae ipsorum occupavit animos, ut a veritatis regula vel imprudentes et inviti recedant, utque in factis eventibusque trutinandis nullum iniuriae, quam veritati faciunt interpretando, sensum habeant. vanam autem et inanem commoveri Zosimo suspicionem demonstrant ea loca quae labe ista oporteret esse infecta, si verum quid suspicioni isti subesset. inspicienti ea facile patebit auctorem, ubi a prostratis caerimoniis profecta mala dicat, non omissa verarum causarum pervestigatione et expositione maligne ad illam causam omnia revocasse. perspicuum quoque est eum non fraude, quae consulto vera in falsum vertit, sed errore illo quo animus praeoccupatae mente opinioni inservit, abreptum, summatim modo et obiter ea interposuisse quae de malis civitati per immutata sacra invectis sentiret; qua in re communem illam et pervagatam olim inter ethnicos superstitionem secutus est, qua salutem civitatum in deorum propitio numine ac tutela positam, si spretis sacris ac contemptis diis caelestium

animi alienati essent et ad iram versi, in discrimine versari et ad ruinam rerum incliuari rem publicam existimarent. quare totum illud reprehensionum genus concidit; neque deletis et expunctis locis iis quibus istam sententiam declaravit, superstitionis, a qua ista profecta erant, ullum vestigium paulo eminentius superfuturum esse putamus. quod ut tanto magis constet, agedum dispiciamus an eo Christianorum Zosimus incensus fuerit odio, ut non modo nimius in laudatione amicorum et adversariorum reprehensione esset, verum quoque ut ea quae suis infesta et famae eorum adversa, utilia inimicis essent, silentio opprimeret, et quod maximum crimen est, mutando callide et subdole res aut fingendo mendacia et commenta scriberet, gravissi- p. xxxii meque adeo fidem everteret.

Quomodo versatus sit aut reprehendendo aut laudando, ubi eius rei opportunitas data esset, si advertimus animum, in universum quidem intelligemus Zosimum, etsi plerumque iudicio in utramque partem abstineat, ad vitia tamen et prave facta, inprimis in imperatoribus Christianis, insectanda procliviorem esse, quam ad virtutes et praeclare facta laudibus celebranda; quae quidem eius ad acerbitatem propensitas non magis ab invidia aliqua Christianorum quam rerum narrandarum atrocitate et foeditate animique inde contracta tristitia orta videtur. Constantius enim et Theodosius, quos auctores sciebat esse malorum quae rei publicae per militiae ac morum corruptelas importata erant, etiamsi Christianae religionis cultores eiusque adsciscendae aliis auctores non exstitissent, tamen in graves reprehensiones incurrere debebant. attamen in rebus Constantini enarrandis nimis stomachosum eum esse credimus, inprimis ubi perversi eum animi et malitiosi paulo asperius inculpat; Arcadium autem ob stoliditatem indignius quam par erat exagitari. ex diverso Iulianum quot quantisque exornandi laudibus ob praeclara facinora Zosimo copia data fuit, nihilominus in eximii aut magni, quemadmodum ab ipso praedicatur, imperatoris vita enarranda exhibuit se et in laudando modestum et in iudicandis religionum causis satis aequum, si quidem, praeterquam quod obiter fere sententiam eius a Christiano cultu abhorrentem commemorat, ea quae revocanda sacra maiorum instituerat non modo non laudavit, sed ne mentionem quidem eorum fecit.

Omissionis fraudulentae culpam, cuius raro indicia esse possunt satis certa ad convincendum scriptorem, a Zosimo abesse cum aliis tum potissimum eo probatur, quod Christianorum virtutes et praeclare facta non praeterit, et quae ad repre-
p. XXXIII hensionem idonea erant, consilio nonnunquam omisisse videtur. ut autem luculentissime pateat non religione occaecatum animum Zosimi fuisse, monendi tantum sumus eum non modo cum candore referre recte ac praeclare facta, sed laudibus etiam ornare. id quamvis in qualibet historiae parte et in omni Christiani aut imperatoris aut ducis vita perspicuum sit, maxime tamen in Stilichonis iudicio elucet, quem non Eunapii, infestissimi, ut Photius testatur, in Stilichonis famam scriptoris, more dilacerat, sed relicto eo auctoritate Olympiodori vel contra vulgarem Christianorum, qui affectati regni eum arguebant, criminationem defendit, et similiter Serenam uxorem eius a crimine proditionis in eam coniecto et mortis causa facto disertis verbis vindicat, quanquam utrumque et Stilichonem et Serenam impietatis in deos cum indignatione animi incusat, et deorum ira fatum eis triste merito acceleratum arbitratur. quam Zosimus aequitatis legem cum sequatur, quid potest esse ad fidem ei conciliandam gravius? profecto miratio animum subit, cum eum, quem veritatis et aequitatis tam studiosum, ab invidia alienum certissimis indiciis cognovimus, tam iniquis hominum iudiciis premi videmus. quae tandem sunt illae res quas commentus est in fraudem Christianorum et in laudem suorum? ubinam sunt in eius historia illa verba aut facta falso et temere conficta? dicent haud haesitantes in Constantinum multa esse infesto animo excogitata, conversionis ad Christiana sacra rationem fabulae speciem prae se ferre, instituta rei militaris exitiosa imperio et tributorum exactiones graves esse improbabiles, et ut Iuliani laudes exaggerata oratione praedicatae sunt, ita in Theodosio, si alios quam Zosimum velimus audire testes, omnia alia quam ignaviam luxuriem et rerum publicarum incuriam fuisse. haec est cantilena toties in Zosimum decantata, et si quaeramus quibus rationibus istae querelae nitantur, praeter scriptorum quorundam qualiumcunque testimonia Zosimo adversantia, silentium aliorum auctorum memorant, quo convelli Zosimi narrationem posse existi-
p. XXXIV mant. ne hic de testium, ad quos provocant, levitate quicquam

moneamus, siquidem in Commentario historico loca, quae sive nulla sive aliqua iuris specie in suspicionem adducta sunt aut adduci possunt, sub examen vocavimus et de criminationum vi sententiam nostram pronuntiavimus, de silentio aliorum scriptorum, in quo haud exiguum suis rationibus firmamentum positum et ad criminationem *Zosimi* satis acre telum sibi datum putant, hoc tantum dicere liceat, omnino ad oppugnandum Zosimum a silentio rationem idoneam tum suppetituram fuisse, si scriptores nobis superessent ii a quibus earum rerum narratio exspectari posset; si Ammiani, hominis et peritissimi et fide dignissimi, historiam et integram et ultra Theodosii tempora perductam haberemus. cum vero tanta sit historicorum ex illis temporibus penuria, maxime eorum qui res gestas a Constantino et Theodosio cum fide ac diligenter tradiderint, qui tandem sunt ii scriptores ad quos provocare quorumque auctoritate fidem Zosimi convellere nobis liceat? ad Eutropium et Victorem, qui breviaria modo scripserunt? num ad Christianorum historicos, inprimis Eusebium, qui etsi studio vera tradendi satis essent imbuti, non modo disciplinam rei publicae et causam imperii aut parum cognoscebant aut prorsus ignorabant, ab hominumque usu et iis quae rem publicam continebant erant alieni, sed etiam historias scribebant in quibus pro instituti ratione rei ecclesiasticae potius quam militaris et civilis curam habere eos oportebat, veluti Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Philostorgium? nonnunquam scriptores dicti non abrogant Zosimo fidem, sed confirmant vel in ipsis locis ex quibus suspectam et controversam Zosimi fidem alii faciunt.

In historia igitur Zosimi si vitia quaedam exceperis, quae vel scriptoris incuria vel librariorum socordia in eam irrepserunt (nam et ab hac repeti posse loca nonnulla turbata suspicari licet), si porro acerbitatem eius in reprehensione, quamvis iusta, condonaveris, scriptorem habebimus in quo praeter iudicii satis acuti, etiam fidei et auctoritatis eminent indicia vera et luculenta, ut p. xxxv indignum videri possit tam diuturnam in Zosimo calumniae valuisse opinionem, nisi in propatulo esset Christianos homines ob severas eius in suarum partium homines stricturas sugillationis ei maculam inustam voluisse. ira et invidia inter diversarum religionum asseclas consopita, cum aequioribus nunc nobis esse

liceat, non ad iudicia eius vel iniquissima, sed, uti par est, ad rerum traditarum veritatem fide ipsius exacta auctoritatem ei reddemus, et egregium antiquitatis monumentum ex antiquarum literarum naufragio servatum laetabimur, quod quamvis non ad summam perfectionem elaboratum sit, rerum tamen memoriam ex eo aevo transmisit ex quo absque eo multo plura ignoraremus. bene adeo nobiscum actum putabimus, quod in epitomatorum chronographorum adulatorumque istius saeculi grege unus, etsi, si cum priscis illis scriptoribus compares, postremo loco habendus, inter aequales tamen suos facile princeps in manus nostras sospes pervenit, qui calamitates ingruentes in Romanos earumque causas recte aperuit; quo nomine Polybii secundi, quamvis in ceteris virtutibus nequaquam cum eo comparandus, vicem sustinere poterit.

ΖΩΣΙΜΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΝΕΑ.

ΖΩΣΙΜΟΥ

ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟ ΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ ΒΙΒΛΙΑ ἝΞ. *)

ZOSIMI

COMITIS ET EXADVOCATI FISCI HISTORIAE

INTERPRETE LEUNCLAVIO.

REITEMEIERI ARGUMENTUM.

Libri I. Incrementa imperii Romani intra exiguum temporis spatium facta sunt (c. 1). *postquam Graeci eximia contra Persas virtute bellarant, bellis domesticis fracti, a Philippo et Alexandro subacti sunt* (2—4). *postea ad Romanos summa rerum pervenit, quae unius arbitrio committitur* (5). *succedentes in imperio Octaviano plerique nulla digni sunt memoratione* (6—8). *Severus, devictis Albino et Nigro, adversus Persas rem fortiter gessit* (8). *Antoninus filius eius Macrinum quidem vicit, sed ob infamiam morum interfectus est* (9. 10). *Alexander, egregie rem publicam administrans, eodem fato periit* (11. 12). *Maximinus crudelitate saeviens* (13—15). *Gordiani duo seniores et iunior, qui feliciter bellum cum Parthis gessit, imperio haud indigni* (16—18). *Philippus* (19—21). *Decius dum barbaris se opponit, fraude perit praefecti praetorio* (22. 23), *Galli, qui ei successit, et barbaros vidit fines Romanorum late vastantes* (24—27). *Aemilianus bello civili interiit* (28). *Valerianus, quo imperante barbarorum incursionibus ab omni parte factis et tyrannorum multorum imperiis vehementissime res publica quassata est, bello Persico captus apud hostem periit* (29—36). *Gallienus, iam ante patris*

---

*) ΒΙΒΛΙΑ ἝΞ om codices. apud Photium (cod. 98) ἱστορικὸν λόγοις ἕξ.

in imperio socius, non valet rebus afflictis succurrere (37—40). *Claudius, fortiter barbaris repulsis, peste maturam obit mortem* (41—46). *Quintillus frater eius sponte vita decessit, haud parem se ratus* (47) *Aureliano, qui et barbaris perdomitis et tyrannis, inprimis Zenobia, deletis, rem publicam non modo servavit sed institutis quoque utilibus recte ordinavit* (48—62). *Tacitus* (63) *et Florianus* (64) *breve tempus imperium tenent. Probus, dignior et rei publicae utilis, seditione militari interimitur.*

Lib. *II. Ludorum saecularium, qui, licet rei publicae Romanae salutares, a Diocletiani tamen tempore neglecti sunt, origo et celebrationis ratio. oraculum de eis* (c. 1—7). *Diocletiano et Constantio imperatoribus Constantinus a Galerio ad patrem fugit, et eo mortuo succedit in imperio. quo Maxentius commotus Romae tyrannidem occupat* (8. 9), *a qua neque Severus Caesar cum copiis missus neque ipse Galerius cum deiicere possunt. hic, Licinio Augusto declarato, gravi morbo vitam finit* (10. 11). *Maxentius Libyae provincias cupiens suo adiungere imperio, Alexandrum, qui ibi purpuram sumpserat, proelio victum capit et necat* (12—14). *simultates ob Maximiniani Herculii mortem inter Maxentium filium eius et Constantinum bellum excitant, quo ille superatus imperium cum vita perdidit* (15. 16). *in bello inter Licinium et Maximinum orto hic victus paulo post mortuus est* (17). *prospere gessit Constantinus primum cum Licinio bellum* (18—20), *et post victoriam de Sarmatis* (21) *secundo bello in potestatem cum acceptum suam necavit* (22—23). *postquam omne imperium penes Constantinum erat, et mores mutat et rei publicae instituta. ritibus patriis spretis ad Christianorum accedit religionem* (29), *novam urbem, Cpolim, sedem imperantium, condit* (30—32), *praefectos praetorii instituit quattuor* (33) *et limites militum nudat praesidio* (34). *filii eius Caesaris dignitatem obtinent; urbis Cpolis magnitudo iam in oraculo quodam fuerat praedicta* (36. 37). *aerario exhausto nova et molesta tributa imponuntur* (38). *ei mortuo succedunt filii* (39).

Crudelitate et invidia auspicia regni eorum sunt insignia. in cognatos saevit Constantius (40), *Constantinus per fratrem perit* (41) *Constantem, qui, crudelis et libidinosus, a Magnentio tyranno e medio tollitur* (42). *Vetranio et Nepotianus imperium affectantes spe excidunt, ille arte Constantii, hic copiis Magnentii oppressi* (43). *bellum cum Persis male gessit Constantius, magis prospere cum Magnentio, qui in eo cum fratre Decentio perit* (44—54). *Gallus, Caesaris dignitate ornatus et Orienti praefectus, per calumnias et imperio privatur et vita* (55).

Lib. *III. Germanis Galliam vastantibus Constantius Iulianum, ut his regionibus succurrat, Caesarem facit* (c. 1. 2), *qui ut ante litteris, nunc armis nomen sibi comparat; proelio ad Argentoratum superior factus, ipsas barbarorum terras invadit, res Saliorum componit, et ubique, ut supplices pacem petant, barbaros cogit* (3—7). *cuius famae cum inviderct Constantius, consilia quidem de eo opprimendo inibat* (8): *verum milites, quos sibi ab eo mitti iusserat, ipsum Iulianum imperatorem salutant* (9). *pacis condicionibus frustra tentatis, properat cum copiis ex Gallia Iulianus agmine citato, ex Oriente, ubi cum Persis belligerabat, Constantius. hoc autem mortuo antequam copiae concurrerent, Iulianus pergit Cpolim* (10. 11). *rebus bene in urbe compositis expeditionem contra Persas suscipit* (12). *Antiochiae aliquod tempus commoratus, hostium fines ingressus castella urbesque capit, et Tigride traiecto classem incendit. hostibus nusquam in conspectum Romanorum venientibus exercitus commeatus inopia laborat* (13—28). *proelio tandem commisso Iulianus victor ex vulnere animam exspirat* (29).

Iovianus ab exercitu in eius locum imperator constitutus (30) *pacem cum Persis facit* (31) *condicionibus, quales nunquam antea Romani acceperant; multae provinciae hosti traduntur* (31. 32). *imperator redux Nisibim venit, quae aegre se Persis tradi patitur* (33. 34). *iam in ipso itinere Iovianus morbo perit* (35). *Valentinianus Augustus renuntiatur.*

Lib. IV. Valentinianus Augustus Cpolim pergit et Valentem fratrem in consortium imperii vocat (c. 1). *cum in rerum novarum suspectos animadversum esset* (2), *provinciis distributis Valentinianus Galliam petit ad motus barbarorum reprimendos* (3), *Valens autem Procopium, qui imperium affectabat, bello victum opprimit* (4—8), *et dum frater adversus Germanos strenue pugnat* (9), *ipse cum Scythis confligit* (10. 11). *Valentinianus Gratianum filium consortem regni adsciscit* (12), *et Valens, contra Persas exercitu ducto, a Theodoro affectati regni suspecto supplicium sumit* (13), *etiam a Fortunatiano quodam cum aliis* (14), *unde magna invidia imperatori conflata* (15). *in tributis exigendis admodum acerbus est Valentinianus, ob quam rem res novas in Africa Firmus molitur* (16). *Valentinianus adversus barbaros profectus suffocatione perit* (17). *sequitur horribilis terrae motus* (18). *a ducibus Valentinianus II, imperatoris mortui filius, imperator dicitur fratre absente* (19). *Valens interim, periculo cum Scythis bello intentus, clade rei publicae gravissima accepta perit* (20—24).

Theodosius a Gratiano rebus Orientis praeficitur (25), *ubi Iulius motus barbarorum oppresserat* (26). *Theodosius rei militaris instituta turbat, deliciis studet et magistratus negligenter constituit* (27. 28). *res publica ad peiora delabitur, decrescente quoque copiarum numero* (29). *Scythae quos receperat, periculosos cient tumultus; repulsos eos a Gratiano Theodosius rursus admittit, alios tamen barbaros vincit* (30—34). *Maximus in Britannia imperium occupat, et occiso Gratiano, qui togam pontificalem primum accipere sprevit, Theodosii amicitiam petit* (35—37). *in Oriente incidunt aliae turbae: Grothingorum motus frangit Promotus* (38. 39), *Tomitarum Gerontius* (40). *Antiochiae seditio oritur* (41). *Maximus Valentinianum quoque aggreditur, qui fuga Orientem petit* (42. 43), *a Theodosio vero, Maximo superato, provinciis occidentalibus imperator redditur* (44—47). *barbaris perdomitis* (48) *luxuriae se dedit Theodosius* (48. 49) *et Rufinum ad summas dignitates extollit, qui illustrissimum quemque virum e medio tollit, Promotum, Tatianum et Proculum* (50—52). *in Occidente Valentinianus Arbogasti insidiis perit. cuius opera Eugenius imperator factus legatos ad Theodosium de amicitia mittit* (53—55). *Theodosius autem, in cuius aula barbarorum duces rixantur* (56), *copiis eductis Eugenium superat* (57. 58), *et Romae cum senatum ad religionem Christianam amplectendam perducere tentasset, e vivis excedit* (59).

Lib. V. Theodosii filii patri successerant, Arcadius quidem in Oriente, Honorius in Occidente; summa autem rerum penes Rufinum et Stelichonem re vera erat (c. 1). *Rufinus arrogans et avarus Lucianum crudeliter interimit* (2), *in ambiendo autem filiae cum Arcadio matrimonio spe frustratur* (3). *Stelicho de rebus Orientis consiliis agitatis* (4), *Graeciam ab Alaricho hortatu Rufini vastatam exercitu adversus eum ducto recuperat* (5. 6); *ope Gainae illum e medio tollit* (7). *Eutropius plurimum apud imperatorem gratia valens, viris egregiis invidens, Timasium in exilium mittit, et Bargum, quo accusatore usus erat, paulo post evertit, Abundantiumque aula pellit* (8—10); *persuasu eius Stelicho ab Arcadio proscribitur; provincia Africa, Eutropio Gildonem ad rebellionem perliciente, imperatori Occidentis eripitur* (11). *iam manifestae sunt Eutropii et Stelichonis simultates* (12). *mox Gainas, qui ope*

Tribigildi Orientis provincias perturbabat et diripiebat, ob invidiam Eutropii mortem postulat (13—18). iam ipsius Cpolis potiundae consilium inierat; a Fraiuto autem, duce strenuo, adversus eum vastantem Thraciam misso, vincitur, et cum Istrum traiecisset, ab Hunnis occiditur (19—22). Cpoli ab Iohanne episcopo tumultus excitantur, odio Augustae avarae (23. 24). Isauri praedantur, verum non impune (25). Stelicho interea de Illyrico occupando consilia agitarat, dum barbarorum ingens multitudo irruebat; quibus victis (26) ne consilia persequeretur, duplex intervenit nuntius, mortis Alarichi, quem in suas partes perduxerat, et rebellionis Constantini in Britannia (27). Stelichonis tamen filia Honorio nubit (28). Alarichus, cuius mors falso nuntiata erat, Epiro relicta versus Italiam movet, pecuniam poscens a Stelichone sibi promissam (29). Honorius Ravennam Roma relicta abit, cum nuntius de Arcadii morte affertur (30). contra Stelichonem, qui in Orientem ad res ibi ordinandas profectus erat, calumnias apud imperatorem serit Olympius, homo simulatae pietatis (31). milites eo auctore tumultuantur; Stelicho reversus corripitur et necatur, propinqui eius interficiuntur et bona publicantur (32—35). quo audito Alarichus, cui nondum satisfactum erat, Romam obsidet, persoluto autem ei auro in Tusciam abit (35—42). legatio Constantini ad Honorium (43); altera ad eum senatus Romani, ut promissa Alaricho praestaret, irrita (44). is ira incensus Ataulfum cum suis barbaris arcessit (45). Olympius accusatur et in Dalmatiam fugit; Generidus autem rei militari praeest (46). seditio orta militum Ravennae (47). cum Iobius de pace cum Alaricho ageret, condicionibus non acceptis hic iratus pergit ire Romam; paenitentia tamen tactus Alarichus iterum pacem petit (48—51).

Lib. VI. *Alarichus, cum sibi ab imperatore satisfactum non esset, cum universis copiis Romam proficiscitur. quo tempore nova Constantini tyranni legatio ad Honorium venit (c. 1). interea copiae in Britannia rebellantes imperatorem elegerant Marcum et eo occiso Gratianum et post huius necem Constantinum: is cum copiis ad occupandam Galliam traiectis Saro instat, Honorii duci. Constantinus, Alpibus praesidio firmatis, Constantem filium Caesarem dicit et in Hispaniam mittit; ubi victis Theodosii imperatoris affinibus ducem relinquit Gerontium. is graviter ferens alium ducem esse constitutum, impellit barbaros ad defectionem; quo fit ut Britanni Gallique a Romanis desciscant (2—5). Alarichus, cuius iter iam memoratum est, Romam obsidione circumdat; senatu graves subire condiciones coacto Attalum imperatorem dicit; Ravennam pergit (6. 7), unde Honorius re cognita iam fugam in Orientem parat (8). cum autem socorde ageret Attalus, maledicta in eum apud Alarichum Iobius serit (9). reliquae quidem Italiae civitates Alaricho parere coguntur (10), verum Africam defendit Heraclianus. clausis autem portubus fame Romani urgentur (11); qua re indignatus Alarichus Attalo purpuram exuit (12). pacis novae condicionibus iam agitatis Sarus impedimento est (13).*

Α.

Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἐφάνη δι᾽ αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο, μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ᾽ ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν ἀλλὰ καὶ Λιβύην καταχτήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ᾽ ἑαυτοὺς καταστῆσαι, ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, αὐτόν τε ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλευε ζωγρίᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνην ἰσχὺν αἰτιάσαιτο, Μοιρῶν δὲ ἀνάγκην ἢ ἀστρῴων κινήσεων ἀποκαταστάσεις ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ᾽

4 *πενταχοσίοις* Casaubonus. 7 *Κάναις* LP (i. e. codices Leunclavianus et Palatinus. eos enim hae litterae indicabunt, ut Heynium *H*, Reitemeierum *R*, Sylburgium *S*). 14 usitatius *ζωγρίαν*. v. Ind.

I.

Polybius ille Megalopolitanus res sui temporis relatione dignas memoriae proditurus recte se facturum existimavit, si per ipsas res gestas ostenderet Romanos post urbem conditam sexcentis annis bella cum finitimis gerendo magnum imperium sibi non parasse. verum ubi parte quadam Italiae potiti essent, eaque post Hannibalis in illam transitum et cladem Cannensem excidissent, ac moenibus ipsis hostes imminentes conspicerent, tantam ad fortunae magnitudinem evecti sunt, ut vix totis quinquaginta et tribus annis non Italiam modo sed universam quoque Africam acquisiverint, et Hispanos in dicionem acceperint; cumque maiora peterent, sinum Ionium transiecerunt, Graecos superarunt, imperio Macedonas privarunt, regem illorum denique vivum captum Romam abduxerunt. quarum sane rerum causam nemo ad vires humanas rettulerit, sed potius ad necessitatem fatalem vel sidereorum motuum revolutiones, vel ipsius dei voluntatem, faventem iis quae a nostro

ἡμῖν μετὰ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον οὖσαν. ταῦτα γὰρ εἱρμόν τινα αἴτιον τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν συμβαίνειν ἐπιτιθέντα, δόξαν τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν ἐμποιεῖ τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν, ὥστε εὐφορίας μὲν συνιούσης ψυχῶν εὐθηνεῖν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζούσης ἐς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα κατενεχθῆναι. χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὃ λέγω διασαφῆσαι.

2. Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχρι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἐλλόγιμον οὐδὲν οἱ Ἕλληνες φαίνονται πεπραχότες οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς οὔτε πρὸς ἕτερον. Δαρείου δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν ὑπάρχων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων ὀκτακισχίλιοι θείᾳ τινὶ ῥοπῇ γενόμενοι κάτοχοι, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν ὥστε ἐννέα μὲν ἀνελεῖν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιῶξαι τῆς χώρας. αὕτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα. Ξέρξου δὲ μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν πολλῷ μείζονι παρασκευασαμένου δυνάμει καὶ πᾶσαν τοῖς Ἕλλησι τὴν Ἀσίαν ἐπαγαγόντος, πληρώσαντός τε τὴν μὲν θάλατταν νεῶν πεζῶν δὲ τὴν γῆν, ἐπειδὴ διαβαίνειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐχρῆν, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν στοιχείων εἰς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος εἰ μὴ καὶ τὰς ἀλλήλων ὑφαρπάσαιεν χρείας, ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος πάροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ

1 fortasse μετὰ τοῦ δικαίου aut κατὰ τὸ δίκαιον. Stephanus. 2 fort. ἐκβαίνειν. Stephanus. 4 an ἐπιτετράφθαι? 5 εὐθηνεῖν H: codices εὐσθενεῖν.

arbitrio dependentia secundum ius et aequum suscipiuntur. haec enim, cum seriem quandam futuris imponant, efficientem ut ita evenire videantur, opinionem recte res existimantibus indunt, divina quadam providentia rerum humanarum administrationem sic perscriptam esse, ut fertili quadam animorum veluti segete concurrente vigeant, eorundem invalescente sterilitate ad illam faciem prolapsae sint quae modo conspicitur. erit autem id quod dico rebus ipsis declarandum.

2. Post expeditionem Troianam ad pugnam usque Marathoniam nihil praedicatione dignum Graeci gessisse vel inter se vel adversus alium quemquam videntur: at cum Darius eos opera praefectorum infinitis cum copiis invasisset, octies mille Athenienses, divino quodam impetu animati et armis cuique obviis instructi, cursu contenderunt in hostem, tantaque victoria potiti sunt ut nonaginta milibus interfectis regione sua reliquos expellerent. haec pugna Graecorum res illustriores reddidit. cum vero post Darii mortem Xerxes multo maioribus copiis instructus universam Graecis invexisset Asiam, et navibus mare, terram peditibus complesset, quandoquidem ex Asia transeundum erat in Europam, quasi non ipsa sufficerent ad excipiendum exercitum elementa nisi suos in vicem usus sibi praeriperent, Hellespontus iungebatur, ut per eum pedites iter facerent, et Athos perfodiebatur, ut cum mari

Ἄθως ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενος. ἐκπεπληγμένη δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἡ Ἑλλὰς ἐκ τῶν ὄντων ὅμως παρεσκευάζετο, ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ καὶ πάλιν ἐν Σαλαμῖνι γενομένης τοσούτῳ λαμπροτέρᾳ τῆς προτέρας ἐχρήσατο νίκῃ ὥστε Ξέρξην μὲν ἀγαπητῶς περισωθέντα φυγεῖν, τὸ πλεῖστον τῆς δυνάμεως ἀποβαλόντα, τοὺς δὲ περιλελειμμένους ἐν Πλαταιαῖς ἄρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἕλλησι δόξαν καταλιπεῖν, δι' ἧς καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν νήσων ἐκράτησαν.

3. Εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν διετέλεσαν ὄντες καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι, καὶ μὴ διέστησαν Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονεικοῦντες, οὐκ ἂν ἕτεροί ποτε τῆς Ἑλλάδος ἐγένοντο κύριοι. τοῦ δὲ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὰς δυνάμεις τοῖς Ἕλλησιν ἐλαττώσαντος, περιστήσαντός τε εἰς χρημάτων ἀπορίαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππῳ τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν, τέχναις τισὶ καὶ περινοίαις αὐξῆσαι· χρήμασι γὰρ τὰς οὔσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι προσεγίνοντο θεραπεύων, οὕτω τε μέγας ἐκ μικροῦ γεγονώς, τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μετὰ τὴν νίκην χειροήθως καὶ ἠπίως προσενεχθεὶς ἤδη καὶ τῇ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο, δύναμίν τε ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγὼν ἐν παρασκευαῖς τὸν βίον ἀπέλιπεν.

τοῦ τε καὶ τῆς τῶν παίδων μητρός. ἀποβλέπων δὲ εἰς τὸ κεραυνόβλητον ἄλσος ἀκούειν φωνῆς ἔδοξεν, ἀπάγειν εἰς Τάραντα ἐγκελευομένης τὰ τέκνα, κἀκεῖσε θερμήναντα τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ ἐπὶ τῆς Ἅιδου καὶ Περσεφόνης ἐσχάρας τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν. ταῦτα ἀκούσας, τότε δὴ πλέον τὴν τῶν παίδων σωτηρίαν ἀπήλπισε· Τάραντά τε γὰρ πόρρω που τῆς Ἰταλίας εἶναι, καὶ οὐκ ἂν ἐν ταύτῃ τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ φανήσεσθαι. διδόναι δὲ αὐτῷ πονηρὰν ἐλπίδα καὶ τὸ θερμῆναι τὸ ὕδωρ ἐπὶ βωμοῦ χθονίων δαιμόνων ἀκοῦσαι. (2) ἐπὶ τούτοις ἀπορησάντων καὶ τῶν τερατοσκόπων, αὖθις πυθόμενος ἔγνω δεῖν τῷ θεῷ πείθεσθαι, καὶ ἐμβαλὼν πλοίῳ ποταμίῳ τὰ τέκνα κατήγαγε τὸ πῦρ. ἐκθανόντων δὲ αὐτῶν ὑπὸ καύματι, τούτῳ προσέπλει τῆς ὄχθης τῷ μέρει καθ' ὃ τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῖθρον ἠρεμαῖον ἐδόκει. καλύβῃ δὲ ποιμένος ἐναυλισθεὶς ἅμα τοῖς παισὶν ἤκουε κατάγεσθαι δεῖν ἐν τῷ Τάραντι· ταύτην γὰρ εἶχεν ὁ τόπος προσηγορίαν, τῷ κατὰ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν ὁμώνυμος ὢν Τάραντι. προσκυνήσας οὖν ἐπὶ τῇ συντυχίᾳ τὸ θεῖον ὁ Οὐαλέσιος ἐπὶ τὴν χέρσον ὀκεῖλαι τῷ κυβερνήτῃ προσέταττε, καὶ ἀποβὰς τοῖς ποιμέσιν ἐξεῖπεν. ἀρυσάμενος δὲ ἐκ τοῦ Θύμβριδος ὕδωρ, καὶ τοῦτο θερμήνας ἐπί τινος κατὰ τὸν τόπον ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένης ἐσχάρας, ἔδωκε πιεῖν τοῖς παισίν. οἱ δὲ ἅμα τῷ πιεῖν ὕπνου προσγενομένου κατέστησαν ὑγιεῖς. ὄναρ

6 *ἐν* videtur abundare. 11 *ἐκτενόντων* P. 14 *δεῖν*] *δὴ*? Valerius Maximus *Terentum*; qui locus est in campo Martio, de quo agit Rutgers. Var. Lect. 4 10. *R.* 17 *Οὐάλεσος* libri ante R.

rorum loco pollicebatur oblaturum animas, suam videlicet et matris eorum. cumque respiceret ad lucum fulmine tactum, audire visus est vocem, quae iuberet ut Tarentum pueros deportaret, atque ibi calefactam aquam Tiberinam in Ditis patris et Proserpinae foco pueris bibendam daret. his auditis magis etiam de salute liberorum desperabat. Tarentum namque remoto Italiae loco situm esse, nec ibi Tiberinam aquam se reperturum; praeterea spem non bonam et illud sibi praebere, quod aquam in ara deum inferorum calefaciendam audivisset. et cum ob haec incerti etiam haruspices essent, iisdem rursus auditis deo parendum statuit. itaque coniectis in lintrem liberis, ignem secundo flumine detulit. ipsis autem aestu fere exstinctis, ad eam ripae partem adnavigabat qua parte motus fluminis tranquillior videretur. cumque pastoriciam quandam in casam cum pueris divertisset, Tarenti capiendum esse hospitium audivit: haec enim loci eius erat appellatio, Tarento propter Iapygium promontorium sito cognominis. quapropter ob eventum felicem numine Valesius adorato, gubernatori mandat ut navim ad terram appellat, et egressus rem pastoribus exposuit. cumque haustam e Tiberi aquam in quodam foco, ab se id loci facto, calefecisset, eam pueris bibendam dedit; qua illi pota, quiete sopiti, consanuerunt. cumque vidissent in

δὲ θεασάμενοι, προσαγαγεῖν ἱερεῖα μέλανα Περσεφόνῃ καὶ Ἅιδῃ καὶ τρεῖς ἐπαλλήλους ἄγειν παννυχίδας ᾠδῶν καὶ χορῶν, ἀφηγήσαντο πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄναρ ὡς ἀνδρὸς μεγάλου καὶ θεοπρεποῦς ταῦτα ποιεῖν ἐπισκήψαντος ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πεδίου, καθ' ὃ καὶ ἀνεῖται τόπος εἰς γυμνάσιον ἵππων. βουλομένου δὲ τοῦ Οὐαλεσίου βωμὸν αὐτόθι καθιδρῦσαι, καὶ τῶν λιθοξόων ὀρυττόντων ἐπὶ τούτῳ τὸν τόπον, βωμὸς εὑρέθη πεποιημένος, ἐν ᾧ γράμματα ἦν "Ἅιδου καὶ Περσεφόνης." τότε τοίνυν σαφέστερον διδαχθεὶς τὸ πρακτέον, τούτῳ τῷ βωμῷ τὰ μέλανα προσῆγεν ἱερεῖα καὶ τὰς παννυχίδας ἐν αὐτῷ διετέλει ποιῶν. (3) οὗτος δὲ ὁ βωμὸς καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας κατάστασις ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ῥωμαίοις καὶ Ἀλβανοῖς πόλεμος ἦν· ὄντων δὲ ἀμφοτέρων ἐν ὅπλοις ἐπιφάνη τις τερατώδης τὴν ὄψιν, ἠμφιεσμένος δέρματι μέλανι, καὶ βοῶν ὡς Ἅιδης καὶ Περσεφόνη, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, θυσίαν ὑπὸ γῆν αὐτοῖς ποιῆσαι προσέταξαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀφανὴς γίνεται. τότε τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι ταραχθέντες ἐπὶ τῷ φάσματι καὶ τὸν βωμὸν ὑπὸ γῆς ἵδρυσαν, καὶ τὴν θυσίαν πεποιηκότες χώματι βάθους εἴκοσι ποδῶν κατεκάλυψαν τὸν βωμόν, ὡς ἂν πλὴν Ῥωμαίων ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἄδηλον εἴη. τοῦτον ὁ Οὐαλέσιος εὑρὼν καὶ τὴν θυσίαν καὶ τὰς παννυχίδας ἐπιτελέσας ἐκλήθη Μάνιος Οὐαλέριος Ταραντῖνος· τούς τε γὰρ χθονίους θεοὺς μάνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ τὸ ὑγιαίνειν οὐαλῆρε, Τα-

1 *ἱερεῖα μέλανα* Valerio Maximo *hostiae nigrae, quae antiquitus furvae dicebantur; παννυχίδες ᾠδῶν καὶ χορῶν lectisternia et ludi nocturni.* 19 *ἄδηλος?* 22 *μάνεις* P. *βαλῆρε* L.

somniis Diti patri et Proserpinae nigras immolandas esse hostias continuumque trinoctium carminibus et tripudiis exigendum, patri somnium hoc indicaverunt, quasi vir magnus et divinam formam praeferens haec in campo Martio fieri iussisset, in quo locus etiam vacuus est ad equorum exercitium. cum autem Valesius aram ibi construere vellet, eaque de causa locum lapicidae foderent, reperta est ara iam facta, in qua erant hae litterae "Ditis patris ac Proserpinae." itaque tum clarius quid agendum esset edoctus, ad eam aram nigras hostias obtulit, et nocturnos ibidem ludos fecit. (3) haec autem ara et immolationis ritus tali quadam ex causa principium habuit. bellum inter Romanos et Albanos erat; et cum utrimque iam in armis essent, quidam prodigiosa specie conspectus est, amictus pelle nigra et clamans Ditem patrem atque Proserpinam eis imperasse, rem sacram sub terra prius sibi facerent quam ventum ad manus esset; atque his dictis evanuit. Romani spectro territi et aram sub terra struxerunt, et facta re sacra rursus aram humo, ad XX pedum altitudinem egesta, obruerant, ut praeter Romanos aliis omnibus de ea nihil constaret. hac reperta Valesius, et sacro nocturnisque ludis peractis, appellatus est Manius Valerius Tarentinus: nam deos inferos Romani manes dicunt, et sanum esse valere; Tarentini denique nomen ei datum ob

ραντῖνος δὲ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Τάραντι θυσίας. χρόνοις δὲ ὕστερον λοιμοῦ συμβάντος τῇ πόλει τῷ πρώτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Πόπλιος Οὐαλέριος Ποπλικόλας ἐν τούτῳ τῷ βωμῷ θύσας Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ μέλανα βοῦν καὶ δάμαλιν μέλαιναν ἠλευθέρωσε τῆς νόσου τὴν πόλιν, ἐπιγράψας τῷ βωμῷ ταῦτα. "Πόπλιος Οὐαλέριος Ποπλικόλας τὸ πυροφόρον πεδίον Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ καθιέρωσα καὶ θεωρίας ἤγαγον Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας." (4) μετὰ δὲ ταῦτα νόσων καὶ πολέμων ἐνσκηψάντων ἔτει μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἐπὶ τριακοσίοις πεντηκοστῷ καὶ δευτέρῳ, λύσιν εὑρεῖν ἡ γερουσία τῶν κακῶν ἐκ τῶν Σιβύλλης βουλομένη χρησμῶν, τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις ἀνδράσι τοὺς χρησμοὺς ἀνερευνῆσαι παρεκελεύσατο. τῶν δὲ λοιπὸν πανθήσεσθαι τὸ κακόν, εἰ θύσαιεν Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ, προαγορευσάντων, ἀναζητήσαντες τὸν τόπον Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ κατὰ τὸ προσταχθὲν καθήγισαν, Μάρκου Ποτίτου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος. καὶ τῆς ἱερουργίας συντελεσθείσης τῶν ἐπικειμένων ἀπαλλαγέντες τὸν βωμὸν αὖθις ἐκάλυψαν, ἐν ἐσχάτῳ που κείμενον τοῦ Ἀρείου πεδίου. ταύτης ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης, αὖθίς τινων συμπεσόντων ἀποθυμίων ἀνενεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ σεβαστός, [προτελεσθεῖσαν μὲν] ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουηλίου,

3 βαλέριος L. 6 τὸ πῦρ ὁ φέρον πεδίον LP: corr Panvinius. 9 ἐπὶ om LP. 10 πεντακοσίοις τῷ δευτέρῳ LP. 11 ἀνδράσι τε καὶ τοὺς LP, ἀνδράσι ιε΄ τοὺς S. 12 λοιπῶν libri: corr Leunclavius. 15 καθήγνισαν LP: corr Leunclavius. Ποτίτου Leunclavius, Ποπλίου libri. *M Popillio et Quinctio consulibus* Panvinius. 20 προτελεσθεῖσαν μὲν et τότε δὲ Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Γαΐου Σαβίνου om LP, habet alia manu adscripta L margo. 21 Appianus in Punic. p. 42 rectius eum vocat Μάνιον Μανίλιον. R.

rem sacram ad Tarentum factam. sequentibus inde temporibus, pestilentia in urbe orta primo post exactos reges anno, P. Valerius Poplicola, caeso apud hanc aram Diti patri et Proserpinae bove nigro nigraque bucula, peste liberavit urbem, inscriptis arae verbis hisce "P. Valerius Poplicola igniferum campum Diti patri et Proserpinae dedicavi, ludosque Diti patri et Proserpinae pro liberatione populi Romani feci." (4) secundum haec morbis et bellis exortis anno ab urbe condita supra trecentesimum quinquagesimo secundo, senatus iis se malis liberare de Sibyllinis oraculis volens eos ad quos haec cura pertinebat oracula scrutari iussit. illis mali finem fore nuntiantibus, si Diti patri et Proserpinae rem sacram fecissent, perquisito loco Diti patri et Proserpinae, ceu iussi fuerant, M. Potito quartum cos., vota nuncuparunt; et peracto sacro, malis urgentibus liberati, rursus aram terra obruerunt, in extremo campo Martio alicubi sitam. eodem sacrificio ad tempus neglecto, cum rursus adversi quidam casus accidissent, Octavianus Augustus ludos instauravit, factos illos quidem ante L. Censorino et M. Manlio Puelio

[τότε δὲ Λευκίου Κηνσωρίνου καὶ Γαΐου Σαβίνου,] τὸν θεσμὸν Ἀτηΐου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τὰ Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων. μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτήν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν. μεθ' ὃν Δομετιανὸς τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν ἀφ' οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. ἐπὶ τούτοις ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων.

5. Τοιοῦτος δέ τις ὁ τρόπος ἀναγέγραπται τῆς ἑορτῆς. περιιόντες οἱ κήρυκες εἰς τὴν ἑορτὴν συνιέναι πάντας ἐκέλευον ἐπὶ θέαν ἣν οὔτε πρότερον εἶδον οὔτε μετὰ ταῦτα θεάσονται. κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τοῦ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, ἐν τῷ Καπετωλίῳ καὶ ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια· ταῦτα δέ ἐστι δᾷδες καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτος. δοῦλοι δὲ τούτων οὐ μετέχουσιν, ἀλλὰ ἐλεύθεροι μόνοι. συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου παντὸς ἔν τε τοῖς ῥηθεῖσι τόποις καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ ἐν τῷ Ἀουεντίνῳ λόφῳ καθίδρυται, σῖτον καὶ κρι-

1 quidni τὸν μὲν θ. — τοὺς δὲ χρ.? 3 ἀναχθῆναι libri. cf. p. 66 7, 67 17 et 68 13. 10 ἐκστάντων LP: corr S. 11 Χειλῶνος LP. Χίλωνος etiam p. 71 18. 19 ἄσφαλτον libri. 22 Αὐεντίνῳ P.

coss., tunc autem L. Censorino et C. Sabino, cum Ateius Capito leges ludorum exposuisset, ac tempus quo rem sacram fieri atque edi spectacula oporteret, XV viri, ad quos oraculorum Sibyllinorum custodia pertinebat, investigassent. post Augustum Claudius ludos celebravit, numero praestitutorum annorum neglecto. post eum Domitianus, Claudio valere iusso, numeratoque ambitu annorum ex quo ludos Augustus fecisset, traditam ab initio legem servare visus est. secundum hos Severus, cum anni CX iam appetiissent, cum filiis Antonino et Geta ludos eosdem ordinavit, Chilone Liboneque coss.

5. Modus ludorum huiusmodi relatus est in litteris. circumeuntes praecones universos ludorum causa convenire iubebant ad spectaculum, quod neque vidissent antea neque visuri posthac essent. ipso autem messis tempore, perpaucis diebus antequam ludi peragerentur, in Capitolio temploque Palatino XV viri sedentes in suggestu lustralia populo distribuebant. ea sunt faces et sulphur et bitumen. nec participes horum servi sunt, sed liberi duntaxat homines. posteaquam populus universus et in locis iis quae diximus, et in templo Dianae quod est in Aventino colle, convenit, triticum et hor-

θὴν ἕκαστος φέρει καὶ κύαμον. καὶ ταῖς Μοίραις ἄγουσι παννυχίδας μετὰ σεμνότητος ἐν νυξίν. ἐνστάντος δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἑορτῆς, ἣν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐν τῷ τοῦ Ἄρεως ἐπιτελοῦσι πεδίῳ καὶ ταῖς ἴσαις νυξί, καθιεροῦτο τὰ τελούμενα παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Θύμβριδος ἐν τῷ Τάραντι. θύουσι δὲ θεοῖς Διὶ καὶ Ἥρᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ προσέτι γε Μοίραις καὶ Εἰλειθυίαις καὶ Δήμητρι καὶ Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν θεωριῶν νυκτὶ δευτέρας ὥρας ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ τριῶν παρασκευασθέντων βωμῶν τρεῖς ἄρνας θύει μετὰ τῶν δεκαπέντε ἀνδρῶν, καὶ τοὺς βωμοὺς καθαιμάξας ὁλοκαυτοῖ τὰ θύματα. κατασκευασθείσης δὲ σκηνῆς δίκην θεάτρου, φῶτα ἀνάπτεται καὶ πυρά, καὶ ὕμνος ᾄδεται νεωστὶ πεποιημένος, θεωρίαι τε ἱεροπρεπεῖς ἄγονται. κομίζονται δὲ οἱ ταῦτα ποιοῦντες μισθὸν τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν, σίτου καὶ κριθῆς καὶ κυάμων· αὗται γάρ, ὡς εἴρηταί μοι, καὶ τῷ δήμῳ παντὶ διανέμονται. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ εἰς τὸ Καπετώλιον ἀναβάντες, κἀνταῦθα τὰς νενομισμένας θυσίας προσαγαγόντες, ἐντεῦθέν τε ἐπὶ τὸ κατεσκευασμένον θέατρον ἐλθόντες, τὰς θεωρίας ἐπιτελοῦσιν Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ γυναῖκες ἐπίσημοι, κατὰ τὴν ὥραν ἣν ὁ χρησμὸς ὑπηγόρευσεν, εἰς τὸ Καπετώλιον συνελθοῦσαι λιτανεύουσι τὸν θεὸν καὶ ὑμνοῦσιν ὡς θέμις. ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρὶς ἐν-

1 Μύραις LP. 2 aut delendum hoc ἐν νυξίν, aut legendum ἐννέα νυξίν. *H.* 10 ὁλοκαυτεῖ P. 11 δίκην Panvinius: δίχα vulgo. 13 θεωρίαι. v. Spanh. ad Callimach. hymn. in Delum p. 369 553 et 548. *R.* 17 προσάγοντες LP. 22 non opus est ut cum Th. Smithio ὥρᾳ pro ἡμέρᾳ legatur, si modo verba

deum et fabas quisque aufert, ac Parcis nocturnos ludos caste pudiceque faciunt. ubi ludorum tempus appetiit, quos tribus diebus totidemque noctibus in campo Martio faciunt, hostiae propter ripam Tiberis ad Tarentum diis consecrantur. his autem diis rem sacram faciunt, videlicet Iovi Iunoni Apollini Latonae Dianae, tum praeter hos Parcis et Lucinis et Cereri et Diti patri et Proserpinae. prima nocte spectaculorum, ad horam secundam, tribus aris in ripa fluminis constructis imperator cum XV viris tres agnos caedit, et aris sanguine respersis solitas victimas adolet. scena vero instar theatri constructa, lumina cum rogis accenduntur et hymnus recens factus canitur, adeoque spectacula consentanea rebus divinis eduntur. et haec qui peragunt, pro mercede primitias fructuum, tritici hordei fabarum, accipiunt: nam illae, ceu dictum est, et universo populo distribuuntur. postridie conscenso Capitolio et consuetis ibidem immolatis hostiis, ad constructum inde theatrum progressi Apollini et Dianae ludos faciunt. insequenti die matronae nobiles ad horam ab oraculo constitutam in Capitolium convenientes deo supplicant et hymnis eum, ceu fas est, celebrant. die tertio in Apollinis aede Palatina ter novem

νέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τοσούτων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίους σώζονται πόλεις. ἄλλα τε κατὰ τὸν ὑφηγημένον παρὰ τοῦ θείου τρόπον ἐπράττετο, ὧν ἐπιτελουμένων διέμεινεν ἡ ἀρχὴ Ῥωμαίων ἀλώβητος. ὡς ἂν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀληθῆ ταῦτα εἶναι πιστεύσωμεν, αὐτὸν παραθήσομαι τὸν Σιβύλλης χρησμόν, ἤδη πρὸ ἡμῶν παρ' ἑτέρων ἀνενηνεγμένον.

6. *Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι*
ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,
μεμνῆσθαι, Ῥωμαῖε, καὶ οὐ μάλα λῆσαι ἑαυτούς,
μεμνῆσθαι τάδε πάντα, θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι
ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
ὅππῃ στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ
ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος· ἔνθα σὺ ῥέζειν
ἱερὰ ποντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας.

recte interpretemur. prima diei festi nocte victima imperatori erat immolanda, p. 68 8 sequuntur p. 68 16 *τῇ δὲ μετὰ ταύτην* (scil. *τὴν νύκτα*) *ἡμέρᾳ*, quae de prima luce accipienda sunt; p. 68 19 verba eadem de secundo die, scil. *τῇ δὲ μετὰ ταύτην* (*τὴν ἡμέραν*) *ἡμέρᾳ*. *R.* non a die prima, sed a nocte quae antecedit, sacra initium habent; in ea nocte imperator sacrum facit p. 68 8. inde primus dies p. 68 16 alter p. 68 19 ita p. 68 22 tertius et ultimus dies recte memoratur. *H.* 8 oraculum hoc exhibet etiam Phlegon Trallianus in Mirabilibus c. 4. *R.* cf. Mitscherlich. Horat. 2 p. 646. 10 Phleg. *ὁδεύσας*. 11 οὐ] Phl. *εἰ*. *εἰ μάλα λήσει ἑαυτοῦ* Phl, *εἰ μάλα λήσεαι αὐτοῦ* Politiani codex, *οὐ μάλα λήσεαι αὐτός* Mitsch. an *οὐ μάλα λήσεαι αὐτῶν?* 13 Phl. *ῥέξειν* et *Θύβριδος*. 14 *ῥοπῇ* libri: corr Stephanus e Phl. 15 Phl. *σύ*: vulgo *σέ*. 16 *παντογόνοις* Stephanus et Mitsch.

Illustres pueri cum totidem virginibus, omnes utrimque florentes (patrimi matrimique), hoc est qui ambos parentes adhuc superstites habent, hymnos et paeanes Graeca Romanaque lingua canunt, quibus subiectae Romanis urbes servantur. itidem alia secundum traditum a numine ritum fiebant, quae sane quamdiu peracta fuerunt, nullum res publica detrimentum cepit. ut autem et reapse vera istaec esse credamus, ipsum Sibyllae oraculum apponam; quod ante nos etiam ab aliis est relatum.

6. Ast ubi mortalis longissima venerit aetas
vitae, centenis denis redeuntibus annis,
sis Romane memor, nec te ulla oblivia fallant:
sis memor, ut facias diis immortalibus illo
rem sacram in campo, quem Thybridis alluit unda,
nox brevior tenebris terras ubi texerit atris,
solque suum iubar abdiderit: tum victima Parcis
caprarum atque ovium pariter cadat Oceaninis.

κυανέας δ' ἐπὶ ταῖσδ' Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. αὖθι δὲ γαίῃ
πληθομένῃ χοῖρός τε καὶ ὗς ἱεροῖτο μέλαινα.
ζάλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων
ἤματι, μηδ' ἐπὶ νυκτί· θεοῖσι γὰρ οὐρανίοισι
ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος, ὣς δὲ καὶ αὕτως
ἱρεύειν. δαμάλης τε βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης
δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ. καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
ὅστε καὶ ἥλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω
θύματα Λητοΐδης. ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
παιᾶνες κούροις κούραισί τε νηὸν ἔχοιεν
ἀθανάτων. χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν,
καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς, ἀλλὰ γονήων
πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.
αἱ δὲ γάμου ζεύγλαις δεδμημέναι ἤματι κείνῳ
γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι
δαίμονα λισσέσθωσαν. ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσι.
πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα κομίζειν

1 δ' add Phl. id non recipit Mitsch. qui αἶγας κυανέας, ἐπὶ ταῖς δ' Ειλειθυίας. 2 παιδοκτόνοις P. 3 πληθογενῆ χώροις οἷς ἱερεύοιτο μέλαινα Phl. 4 πάνλευκοι Phl. 5 μηδὲ δέ τε νυκτὶ et οὐρανίδαισιν Phl. 6 αὕτως] Phl. αὐτοῖς. 7 δαμάλης δὲ Mitsch, δάμαλις δὲ Phl, δαμάλεις τε vulgo. 9 αἴσια δέχθω Phl, 10 Λητοΐδης καὶ ἀειδ. Phl. 11 παιᾶνες Phl: vulgo παιᾶνας. 12 αὖται Phl. ἄγοιεν H. 15 ζεύγλαισι Phl. 17 δὲ λύματα] θελήματα S. 18 θηλυτέραισιν Phl.

postea caeruleae placantor et Ilithyiae,
Lucinae, quibus has sacris decet. inde feraci
Telluri porcus mactator cum sue nigra.
inde boves nivei Iovis adducantor ad aram,
idque die, haud noctu: nam diis caelestibus una
sacra diurna placent. similes his sunto iuvencae;
Iunonis nitidam capiant altaria vaccam.
hinc et sacra feret paria abs te Phoebus Apollo,
Latona genitus, quem Solem nomine dicunt,
paeanasque canant sublata voce Latini
aedibus in sacris pueri innuptaeque puellae,
ex alia pueri dicant sua carmina; quorum
salvus uterque parens fruitur vitalibus auris.
at quae nuptarum fuerint numeroque locoque
adsideant flexis genibus Iunonis ad aram,
divam exorantes, cunctorum ut vota secundet,
vota quidem et marium, magis at muliebria vota.
quilibet eque domo secum ferat omnia quae fas

ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βιότοιο,
δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίδαις. τὰ δὲ πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω,
ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. ἤμασι δ' ἔστω
νυξί τ' ἐπασσυτέρῃσι θεοπρέπτους κατὰ θώκους
παμπληθὴς ἄγυρις. σπουδὴ δὲ γέλωτι μεμίχθω.
ταῦτά τοι ἐν φρεσὶν ᾖσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶναι,
καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ καὶ πᾶσα Λατίνη
αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

7. *Ἔτι τοίνυν, ὡς τὸ θεοπρόπιόν φησι καὶ τὸ ἀληθὲς ἔχει, τούτων ἁπάντων κατὰ θεσμὸν ἐπιτελουμένων ἐφυλάττετο μὲν ἡ Ῥωμαίων ἀρχή, καὶ διετέλεσαν τὴν καθ' ἡμᾶς πᾶσαν ὡς εἰπεῖν οἰκουμένην ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοντες· ἀμεληθείσης δὲ τῆς ἑορτῆς ἀποθεμένου Διοκλητιανοῦ τὴν βασιλείαν, ὑπερρύη κατὰ βραχὺ καὶ ἔλαθε κατὰ τὸ πλέον βαρβαρωθεῖσα, ὡς αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα ἔδειξε. βούλομαι δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων ἀληθῆ δεῖξαι τὸν λόγον. ἀπὸ γὰρ τῆς Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὑπατείας, καθ' ἣν Σεβῆρος τὴν τῶν Σεκουλαρίων ἤγαγεν ἑορτήν, ἄχρις ὅτε Διοκλητιανὸς ἐννάκις ὀκτάκις δὲ Μαξιμιανὸς γεγόνασιν ὕπατοι, διέδραμεν εἷς*

3 *οὐρανίοις* et *κεῖσθαι* Phl. 4 *ὄφρα τελῇ θυμέλῃσι* Phl. 6 *ἐπασσυτέραισιν* Phl. *θεοκρέπτους* Politiani liber: *θεοτρέπτους* LP, *θεοπροπίους* Phl, *θεοστέπτους* S. 7 *σπουδῇ γε γέλωτι* LP, *σπουδὴ δὲ γέλως τε* S. 8 *φρεσὶ σῇσιν* Phl. 9 *Λατίνων* Phl. 11 *ἔτι τοίνυν* R, *ἔτι οὖν* Heumannus, *εὖ τοίνυν* Stephanus: vulgo *εἰ τοίνυν*.

mortales superis, ceu primitias epularum,
mitibus et divis, divis offerre beatis
caelitibus. sint haec omnes cumulata per aras,
ex his suppedites ut femellis maribusque,
qui sacris aderunt. etenim noctesque diesque
vis hominum praesens ad pulvinaria divum
ingens sit numero, ludicra et seria tractans.
haec adeo tibi sint memori bene condita mente.
Itala sic tellus omnis telusque Latina
aeternum tua sceptra colet, tua iussa capesset.

7. Cum igitur recte, sicut oraculum tradit et ipsa res exigit, haec omnia suo modo ac ritu peragerentur, salvum erat Romanorum imperium, et universum, prope dixerim, orbem nostrum perpetuo sibi subiectum habeban iisdem vero ludis neglectis, cum imperio se Diocletianus abdicasset, paulatim quasi deliquit, taciteque redactum est ad barbariem maiori ex parte, sicut res ipsae testantur. libet autem eius quod dico veritatem de temporibus ipsis probare. nam a consulatu Chilonis et Libonis, quo Severus ludos saeculares exhibuit, usque ad Diocletiani nonum, Maximiani octavum consulatum cen-

ἐνιαυτὸς πρὸς τοῖς ἑκατὸν, καὶ τότε Διοκλητιανὸς ἰδιώτης ἐκ βασιλέως ἐγένετο καὶ Μαξιμιανὸς ταὐτὸ τοῦτο πεποίηκε. τρὶς δὲ ἤδη γεγονότων ὑπάτων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος συνεπληροῦτο, καθ' ὃν ἔδει τὴν ἑορτὴν κατὰ τὸ νενομισμένον ἀχθῆναι. τούτου δὲ μὴ φυλαχθέντος ἔδει εἰς τὴν νῦν συνέχουσαν ἡμᾶς ἐλθεῖν τὰ πράγματα δυσκληρίαν.

Constantius et Gallerius. a. 305

8. Διοκλητιανὸς μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον, ἤδη δὲ καταστάντες αὐτοκράτορες Κωνστάντιος καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἀνέδειξαν Καίσαρας Σεβῆρον καὶ Μαξιμῖνον, ἀδελφῆς ὄντα παῖδα τοῦ Γαλλερίου, Σεβήρῳ μὲν τὴν Ἰταλίαν Μαξιμίνῳ δὲ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον παραδόντες. τῶν δὲ πραγμάτων εὖ διακειμένων καὶ τῶν πανταχοῦ βαρβάρων ἐκ τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων ἀσμένως ἡσυχαζόντων, Κωνσταντῖνος ἐξ ὁμιλίας γυναικὸς οὐ σεμνῆς οὐδὲ κατὰ νόμον συνελθούσης Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ γεγεννημένος, ἤδη μὲν ἔχων ἔννοιαν ἐν ἑαυτῷ βασιλείας, εἰς μείζονα δὲ καταστὰς ἐπιθυμίαν ἀφ' οὗ Σεβῆρος καὶ Μαξιμῖνος τῆς τοῦ Καίσαρος τιμῆς ἔτυχον, ἔγνω τοὺς τόπους λιπεῖν ἐν οἷς ἔτυχε διατρίβων, ἐξορμῆσαι δὲ πρὸς τὸν πατέρα Κωνστάντιον ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα καὶ τῇ Βρεττανίᾳ συνεχέστερον ἐνδημοῦντα. δεδιὼς δὲ μή ποτε φεύγων καταληφθείη (περιφανὴς γὰρ ἦν ἤδη πολλοῖς ὁ κατέχων αὐτὸν ἔρως

7 ὕστερον referendum ad v. 5. mortuus est post tertium consulatum Constantini et Licinii, anno 313 p. C. cf. Tillemont. t. 4 p. 610. 9 Γαλλέριος LP passim, nonnunquam Γαλέριος. *S.* Σέβηρον LP. 10 ὄντας παῖδας P: Victor ep. Maximinum solum *Gallerii sororis filium* vocat. *R.* 15 γεγενημένος P.

tum et unus annus elapsi fuerunt. ac tum quidem privatus ex imperatore Diocletianus factus est; cuius exemplum Maximianus est secutus. verum Constantino et Licinio tertium coss. centum et decem annorum tempus integrum aderat, quo iam ludos consueto more celebratos oportuit. eo vero non observato, ad infelicitatem illam res publica prolabi necesse fuit quae hoc tempore nos urget.

8. Ac Diocletianus quidem annis tribus post mortuus est. qui vero iam facti erant imperatores, Constantius et Maximianus Gallerius, Caesares appellavere Severum et Maximinum, qui natus erat ex sorore Gallerii, et Italiam Severo, Maximino provincias ad solem orientem sitas attribuerunt. cum autem in bono res essent statu, et ubique locorum barbari perlubenter ob res superiorum temporum feliciter in eos gestas quiescerent; Constantinus natus ex consuetudine mulieris parum honestae, et quae non in manum imperatori Constantio legitime convenisset, iamdudum cum animo suo de imperio cogitans, et cupiditate maiori accensus ex quo Severus et Maximinus dignitatem Caesaream consecuti fuerant, ea loca relinquenda statuit quibus in locis agebat, et ad Constantium patrem proficiscendum, qui apud nationes transalpinas erat, et in Britannia plerumque vivebat. veritus autem ne forte fugiens apprehenderetur, quod compluribus iam notissimus esset amor imperii, quo

τῆς βασιλείας) τοὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς ἵππους, οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν, ἅμα τῷ φθάσαι τὸν σταθμὸν κολούων καὶ ἀχρείους ἐῶν τοῖς ἑξῆς ἑστῶσιν ἐχρῆτο. καὶ ἑξῆς τοῦτο ποιῶν τοῖς μὲν διώκουσιν ἀπέκλεισε τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν, αὐτὸς δὲ προσήγγιζε τοῖς ἔθνεσιν ἐν οἷς ἦν ὁ πατήρ. (9) συμβὰν δὲ τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον ἐν αὐτῷ τελευτῆσαι τῷ χρόνῳ, τῶν μὲν ὄντων αὐτῷ γνησίων παίδων οὐδένα πρὸς βασιλείαν ἔκριναν ἀξιόχρεων, ὁρῶντες δὲ Κωνσταντῖνον εὖ ἔχοντα οἱ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιῶται, καὶ ἅμα δωρεῶν μεγαλοπρεπῶν ἐπαρθέντες ἐλπίσι, τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν αὐτῷ περιέθεσαν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ δειχθείσης κατὰ τὸ σύνηθες, οὐκ ἀνασχετὸν εἶναι νομίσας Μαξέντιος ὁ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου παῖς, εἰ Κωνσταντίνῳ μὲν ἐκβαίη τὸ σπουδασθὲν ἐξ ἀσέμνου μητρὸς γεγονότι, βασιλέως δὲ τοιούτου παῖς αὐτὸς γεγονὼς εἰκῇ κείμενος μείνοι τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἑτέρων ἐχόντων, προσλαβὼν ὑπηρέτας τῆς ἐγχειρήσεως Μαρκελλιανὸν καὶ Μάρκελλον ταξιάρχους καὶ Λουκιανόν, ὃς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγὸς ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδου τῷ Ῥωμαίων δήμῳ, καὶ προσέτι γε τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν στρατιώτας, οὓς πραιτωριανοὺς καλοῦσιν, εἰς τὸν βασίλειον θρόνον παρὰ τούτων ἀνεβιβάσθη, μεγάλαις ἀμείβεσθαι δωρεαῖς τοὺς τοῦτο δόντας αὐτῷ κατεπαγγειλάμενος. ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν Ἀβελλίου

Gallerius et Constantinus. a. 306

6 τῶν μενόντων P. 16 Μακελλιανὸν P. ταξιάρχας P. 21 Ὀβελλίου P. Tillemontius rescribendum censet Ἀνουλλίνου, qui tunc praefectus urbis erat. nihil mutandum: nam ὁ τόπον ἐπέχων τοῦ ὑπάρχου τῆς πόλεως est is qui locum gerit praefecti urbis, ut propraefectus praetorii dicitur ὁ τόπον ἐπέχων τοῦ ὑπάρχου τῆς αὐλῆς. cf. 2, 12. R.

flagrabat: equos stabularios, quos alebat res publica, cum primum aliquod stabulum attigisset, mutilans et inutiles relinquens, quotquot ulterius stabant, apprehenderetur, quod compluribus iam notissimus esset amor imperii, quo iis utebatur. quod cum de loco in locum pergens faceret, exclusit ab ulteriori progressione persequentes, et ipse propius ad eos populos accessit, apud quos degebat pater. (9) cumque contingeret, ut Constantius imperator eodem tempore de vita decederet: neminem praetoriani milites ex legitimis ipsius liberis idoneum regno iudicarunt; sed Constantinum ad hoc aptum videntes, simulque spe magnificarum largitionum erecti, Caesaris ei dignitatem tribuerunt; cuius imagine Romae, pro more, exhibita: Maxentius Maximiani Herculii filius, non tolerandum ratus, Constantino quidem ex animi sententia conatum suum succedere, qui muliere non matrona genitus esset; se vero talis imperatoris filium, neglectum iacere, paternum imperium obtinentibus aliis: adiunctis sibi administris instituti Marcelliano et Marcello tribunis militum et Luciano, suillae carnis praebitore, quam fiscus populo Romano largiebatur; et aulis praeterea militibus, quos praetorianos vocant, in regium ab his solium collocatus est; magnis se vicissim muneribus affecturum pollicitus eos, a quibus hoc consecutus esset. facinus quidem auspicati

πρότερον ἀναιρεθέντος, ἐπειδὴ τοῦ τῆς πόλεως ὑπάρχου τόπον ἐπέχων ἔδοξε τοῖς ἐγχειρουμένοις ἐναντιοῦσθαι.

10. Ταῦτα μαθὼν Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἐκπέμπει τὸν Καίσαρα Σεβῆρον πολεμήσοντα Μαξεντίῳ. ἐξορμήσαντος δὲ
a 307 αὐτοῦ τοῦ Μεδιολάνου καὶ διὰ τῶν Μαυρουσίων ἐλθόντος ταγμάτων, χρήμασι τὸ πολὺ μέρος τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν διαφθείρας Μαξέντιος, ἤδη δὲ καὶ τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον προσποιησάμενος Ἀνουλλῖνον, ἐκράτησε ῥᾷστα Σεβήρου συμφυγόντος εἰς τὴν Ῥάβενναν, πόλιν ὀχυράν τε καὶ πολυάνθρωπον καὶ τροφῶν ἔχουσαν πλῆθος αὐτῷ τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ στρατιώταις ἀρκοῦν. ταῦτα γνοὺς Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς εἰκότως ἀγωνιῶν Μαξεντίου, τῆς Λουκανίας, ἐν ᾗ τότε ἦν, ἐξορμήσας ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ᾔει. συνιδὼν δὲ ὡς οὐκ ἂν ἄκων ταύτης ἐκβληθείη Σεβῆρος ἀσφαλοῦς τε οὔσης καὶ τροφὰς ἐχούσης ἀρκούσας, ὅρκοις ἀπατήσας ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν ἔπεισε. διιόντα τοίνυν αὐτὸν καὶ εἴς τι χωρίον ἐλθόντα ᾧ Τρία καπηλεῖα προσηγορία, λόχος ἐγκαταστὰς αὐτόθι παρὰ Μαξεντίου, συλλαβὼν καὶ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἀρτήσας ἀνεῖλεν. οὐκ ἐνεγκὼν δὲ μετρίως τὰ ἐπὶ τῷ Καίσαρι Σεβήρῳ γενόμενα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἐκ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἔγνω παραγενέσθαι δίκην τε Μαξεντίῳ τῶν ἡμαρτημένων πρέπουσαν ἐπιθεῖναι· γενόμενος δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τοὺς στρατιώτας οὐ πιστῶς περὶ αὐτὸν ἔχειν αἰσθό-

4 ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν L. 5 διὰ] μετὰ Th. Smithius. 9 et 13 Ῥαβαίνναν L. 9 ὀχυρωτέραν L. 14 τε om P. 17 Leunclavius Μαξιμιανοῦ.

sunt, Abellio prius interfecto, quod is praefecti urbis locum obtinens, horum molitionibus adversari visus esset.

10. His cognitis, Severum caesarem Maximianus Gallerius ablegat, bellum Maxentio facturum. eum Mediolano profectum, et cum Maurorum ordinibus accedentem, Maxentius militum animis maiori ex parte pecunia corruptis, atque etiam praefecto praetorii Anullino sibi conciliato, nullo negotio vicit. Severus fuga Ravennam se contulit, urbem munitam et populosam, quaeque copiam alimentorum tantam haberet, quanta tum ipsi tum militibus eius sufficeret. haec cum Maximianus Herculius intellexisset, ac de filio Maxentio non abs re sollicitus esset; Lucania relicta, in qua id temporis degebat, Ravennam contendit. cumque vidisset, Severum hac invitum eiici non posse, quod munita esset, et annonis idoneis abundaret: sacramentis circumvento, Romam ut veniret, persuasit. quo quidem pergens, ubi quemdam ad locum venisset, quem Tres Tabernas vocant, ab insidiis, quas eo loco Maxentius collocaverat, apprehensus necatur, inserta laqueo cervice. cum autem Maximianus Gallerius haud aequo tulisset animo, quae in Severum Caesarem designata fuerant, ab Oriente Romam eundum statuit, et admissorum nomine poenas irrogandas. ut in Italiam appulerat, parum fidos erga

μενος ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀνέζευξε, μάχης οὐδεμιᾶς γενομένης. ἐν τούτῳ καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, δυσανασχετῶν ἐπὶ ταῖς κατεχούσαις τὴν πολιτείαν ταραχαῖς, πρὸς Διοκλητιανὸν ἀφικνεῖται τηνικαῦτα ἐν Καρνούτῳ πόλει Κελτικῇ διατρίβοντα, καὶ πείθειν ἐπιχειρεῖ τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν καὶ μὴ περιιδεῖν τὴν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ πόνοις αὐτῶν περισωθεῖσαν ἐκδοθῆναι παραφρονούσῃ νεότητι καὶ παρανοίᾳ τῶν εἰσφρησάντων ἑαυτοὺς τῇ βασιλείᾳ σαλευομένην. Διοκλητιανοῦ δὲ μὴ θεμένου τοῖς αἰτουμένοις, ἀλλὰ τὴν ἡσυχίαν ἔμπροσθεν ποιησαμένου τοῦ πράγματα ἔχειν (ἴσως γὰρ καὶ προῄδει τὴν καθέξουσαν τὰ πράγματα σύγχυσιν οἷα καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον ἀεὶ προσκείμενος ἁγιστείᾳ), διαμαρτὼν τῆς πείρας ὁ Ἑρκούλιος καὶ μέχρι Ῥαβέννης ἐλθὼν αὖθις ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἤλαυνεν, ἐντευξόμενος ἐκεῖσε διατρίβοντι Κωνσταντίνῳ. φύσει δὲ ὢν φιλοπράγμων καὶ ἄπιστος, δώσειν ὑποσχόμενος τὴν θυγατέρα Φαῦσταν αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόσχεσιν [αὐτῷ] πληρώσας, παράγειν ἐπεχείρει καὶ πείθειν ὡς ἂν διώκοι μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀναχωροῦντα Γαλλέριον Μαξιμιανόν, ἐπιβουλεύοι δὲ Μαξεντίῳ. ὡς ἔχων δὲ πρὸς ταῦτα πειθήνιον, ἀνεχώρει μὲν τοῦ Κωνσταντίνου, τὴν δὲ βασιλείαν ἀναλαβεῖν αὖθις ἐσπούδαζεν, ἐλπίδι τοῦ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν κηδεστὴν καὶ τὸν υἱὸν Μαξέν-

Gallerius, Constantinus, Licinius. a. 307

4 *Καρνούτῳ*] docente Valesio ad Ammianum (30, 5) eam *Καρνοῦντα* vocant Polybius, Livius, Ptolemaeus, Ammianus. hodie *Haimberg* vocatur in ripa Danubii sita. Cluver l. 3 c. 30. *R.* *Κελτικῇ* suspecta lectio. nam Ammianus 30 17 *Carnutum Illyrium oppidum*, Aurelius Victor in Vero *urbem Pannoniae* vocat. in Illyricum sane, non in Galliam secessit Diocletianus, cum se imperio abdicasset. *Cellar.* 11 *ἁγιστείᾳ S:* libri *ἀγχιστείᾳ*. 15 *ὑπόσχ. αὐτῷ*] *ἐν αὐτῷ* P. 17 *ὡς*] *οὐχ* Tillemontius t. 4 p. 102.

se militum animos sentiens, ad Orientem, nullo commisso proelio, rediit. interim Maximianus etiam Herculius eas turbas, quae rem publicam vexarent, indigne ferens, ad Diocletianum id temporis Carnuti (oppidum hoc Celticum est) degentem venit; eique persuadere nititur, ut imperium resumeret, nec id pateretur, tam diuturno tempore, tantisque laboribus ipsorum conservatum, insanienti iuventae ac illorum dementiae, a quibus occupatum esset, expositum quassari. verum Diocletiano postulatis eius non assentiente, sed negotiorum occupationi quietem anteferente; (nam fortassis etiam rerum perturbationem secuturam prospiciebat, ut erat vir religionis observantissimus) Herculius eo conatu frustratus, et Ravennam usque progressus, rursum versus Alpes contendit, ut commorantem ibi Constantinum conveniret. cumque natura inquietus et infidus esset, promissa illi Fausta filia, eoque promisso impleto, fallere conabatur hominem et persuadere, discedentem ex Italia Gallerium Maximianum persequeretur et insidias Maxentio strueret. ad haec cum illum obsequentem nactus esset, a Constantino discedens imperium recuperare nitebatur, quod speraret se Constantinum generum et fi-

τιον κακῶς διαθήσειν. (11) ἀλλὰ τούτων ὄντων ἐν ἐγχειρήσεσιν ἔτι, Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἐκ προλαβούσης ἑταιρείας ἐπιτήδειον ὄντα αὐτῷ Λικίννιον βασιλέα καθίστησιν, ἐπιστρατεῦσαι τοῦτον Μαξεντίῳ διανοούμενος. ἐπεὶ δὲ ταῦτα βουλευομένῳ τραῦμα δυσίατον ἐνσκῆψαν αὐτῷ τοῦ βίου μετέστησεν, εἴχετο μὲν

Constantinus et Licinius. a. 311

καὶ Λικίννιος τῆς βασιλείας, Ἑρκούλιος δὲ Μαξιμιανὸς ἀναλαβεῖν, ὡς εἴρηταί μοι, τὴν βασιλείαν ἐπιχειρήσας ἀλλοτριῶσαι μὲν τῆς

a. 307

πρὸς Μαξέντιον εὐνοίας τοὺς στρατιώτας ἐσπούδασε, τοῦ δὲ δωρεαῖς καὶ ἐλεειναῖς ἱκεσίαις αὐτοὺς ἐπισπασαμένου καὶ τῆς κατὰ Κωνσταντίνου διὰ τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν ἐπιβουλῆς ἐπειρᾶτο. προκαταλαβούσης δὲ Φαύστης τὸ ἐγχειρούμενον καὶ τῷ Κωνσταντίνῳ τοῦτο μηνυσάσης, ἀπορούμενος ἐπὶ τῷ πάντων ἐκπεσεῖν ὁ

a. 310

Ἑρκούλιος νόσῳ κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐτελεύτησε.

12. Ταύτην δὲ διαφυγὼν ὁ Μαξέντιος τὴν ἐπιβουλήν,

a. 307

ἔχειν τε ἤδη βεβαίως οἰόμενος τὴν ἀρχήν, ἐν Λιβύῃ καὶ Καρχηδόνι τοὺς τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ περιοίσοντας ἔπεμπεν. ὅπερ γενέσθαι κωλύσαντες οἱ αὐτόθι στρατιῶται τῇ περὶ Γαλλέριον Μαξιμιανὸν εὐνοίᾳ καὶ μνήμῃ, ἐπειδὴ Μαξέντιον ἐπιστρατεύσειν αὐτοῖς ἔγνωσαν ταύτης ἕνεκα τῆς ἀντιστάσεως, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀνεχώρησαν. ἱκαναῖς δὲ δυνάμεσι περιπεσόντες, αἷς ἀντίσχειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πάλιν ἀπέπλευσαν. ἐφ' οἷς κινηθεὶς ὁ Μαξέντιος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Λιβύην ἐκπλεῦσαι καὶ τῶν ταῦτα τολμησάντων ἁμαρτήματα μετελθεῖν. τῶν δὲ μάν-

2 ἑταιρίας P. 23 ἁμαρτήματα] an τὰ ἁμαρτήματα?

lium Maxentium in mutua concitaturum odia. (11) dum haec ille molitur, Maximianus Gallerius ex societate superiorum temporum familiarem sibi Licinium imperatorem creat, quod huius opera bello Maxentium persequi cogitaret. posteaquam Gallerius haec agitans consilia ex incurabili vulnere vitam cum morte commutasset, imperium Licinius quoque sibi vindicabat. eidem recuperando, ceu diximus, intentus Maximianus Herculius, ut milites a benevolentia et studiis erga Maxentium alienaret, operam dabat. at cum is largitionibus et miseris supplicationibus suas in partes eos pertraxisset, etiam Constantino struere nitebatur insidias eorum opera militum quos ille penes se habebat. verum quod Fausta conatum illius antevertisset ac rem totam Constantino indicasset, in desperationem rerum omnium adductus Herculius apud Tarsum morbo exstinguitur.

12. Maxentius insidiis hisce liberatus, seque iam constabilitum habere putans imperium, in Africam et Carthaginem mittebat qui eius imaginem circumferrent. quod cum fieri prohibuissent eorum locorum milites ob suam erga Gallerium Maximianum benevolentiam eiusque memoriam, cognito Maxentium eius adversationis causa suscepturum expeditionem, Alexandriam discessere. cumque satis magnas in copias incidissent, quibus obsistere non poterant, navigiis Carthaginem reversi sunt. quamobrem commotus Maxentius in Africam navigare constituit et auctores horum facinorum punire. sed

τεων ἐκθυσαμένων αἴσιά τε οὐκ εἶναι τὰ ἱερεῖα λεγόντων, ὀκνήσας τὸν ἔκπλουν διά τε τὸ μὴ καλὰ φανῆναι τὰ ἱερὰ καὶ διὰ τὸ δεδιέναι μή ποτε Ἀλέξανδρος ἀντισταίη, τόπον ἐπέχειν τοῦ ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἐν Λιβύῃ καθεσταμένος, καταπραττόμενος ἑαυτῷ τῆς αὐτῶν ὑπονοίας ἀπηλλαγμένην τὴν ἐπὶ Λιβύην ἐκ τῆς Ἰταλίας διάβασιν, ἐνετράπη πρὸς Ἀλέξανδρον, ὅμηρον αἰτῶν αὐτῷ τὸν ἐκείνου παῖδα δοθῆναι· ἦν γὰρ παῖς τῷ Ἀλεξάνδρῳ τήν τε ἡλικίαν ἀκμάζων καὶ τὴν ὄψιν ὡραῖος. ὁ δὲ ὑποπτεύσας ὡς οὐχ ὁμηρείας ἕνεκεν αἰτοίη τὸν παῖδα δοθῆναι Μαξέντιος ἀλλ' ἐπὶ πράξεσιν ἀπίστοις, ἀπωθεῖται τὴν ἐπὶ τούτῳ πρεσβείαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς δόλῳ διαχρησομένους αὐτὸν ὁ Μαξέντιος ἐξαπέστειλε καὶ προδοσίᾳ τὸ σκευωρηθὲν ἐφωράθη, τότε δὴ καιρὸν εὑρόντες οἱ στρατιῶται πρὸς ἀπόστασιν ἐπιτήδειον τὴν ἁλουργίδα περιέθεσαν (a. 308) Ἀλεξάνδρῳ, Φρυγί τε ὄντι τὸ γένος καὶ δειλῷ καὶ ἀτόλμῳ καὶ πρὸς πάντα πόνον ὀκνοῦντι καὶ προσέτι γεγηρακότι.

13. Κατὰ δὲ τὴν Ῥώμην ἐκπεσόντος πυρὸς εἴτε ἐξ ἀέρος εἴτε ἐκ γῆς (τοῦτο γὰρ ἄδηλον) ὁ τῆς Τύχης ἐφλέχθη ναός. πάντων δὲ σβέσαι τὴν πυρὰν συνδραμόντων, βλάσφημα ῥήματα κατὰ τοῦ θείου τῶν στρατιωτῶν τις ἀφείς, καὶ τοῦ πλήθους διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐσέβειαν ἐπελθόντος ἀναιρεθείς, ἐκίνησε τοὺς στρα-

4 τοῖς ὑπάρχοις LP, vitiose; locus similis 2, 9 lectioni textus patrocinatur. *S.* vid. Gothofred. tit. de prox. comit. disposit. ad leg. 4. *Ritter.* 5 δὲ αὐτῷ P. αὐτῶν expungit *H.* 6 ἐκτρέπει L. 10 αἰσχίσταις *R.* 12 προδοσία P. 16 legere queas etiam ἐμπεσόντος, ut 4, 18. *S.*

cum haruspices rem sacram fecissent nec perlitatum dicerent, navigare veritus, partim quod exta se non offerrent bona, partim quod metueret ne Alexander adversaretur, qui pro praefecto Africae gerebat, adeoque transiectionis in Africam ex Italia viam sibi muniens, omni suspicione liberam, ad Alexandrum se convertit, et ab eo filium sibi obsidem dari petit: habebat enim Alexander filium aetatis adultae, facie quam honesta. sed is suspicatus non ea causa filium suum a Maxentio peti, ut obses esset, verum ut perfide secum ageretur, missam hoc nomine legationem repudiat. cum autem Maxentius et alios misisset qui eum dolo de medio tollerent, idque facinus proditione cognitum esset, occasionem nacti milites ad rebellionem idoneam, Alexandro purpuram tradunt, qui et natione Phryx esset et timidus et parum audax et ad omnem laborem suscipiendum tardus et praeter haec aetate provectus.

13. Romae tunc orto igne, incertum ex aëre an a terra, templum Fortunae conflagravit. cumque restinguendi incendii causa concurrissent omnes, contumeliosis quibusdam in ipsum numen a milite quodam prolatis verbis, eoque propterea interempto a plebe, quae religionis causa hominem punivit,

τιώτας εἰς στάσιν· καὶ μικροῦ δεῖν εἰς τὴν κατὰ τῆς πόλεως ἀπώλειαν ἦλθον, εἰ μὴ ταχέως τὴν τούτων ὁ Μαξέντιος μανίαν ἐπράϋνεν.

14. Ἐντεῦθεν προφάσεις ἀναζητεῖ τοῦ πρὸς Κωνσταντῖνον πολέμου, καὶ ποιησάμενος ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς ὀδυνᾶσθαι, Κωνσταντίνου δεδωκότος αἰτίαν αὐτῷ τῆς τελευτῆς, ἐπὶ Ῥαιτίονα ὁδὸν ἐλαύνειν διενοεῖτο ὡς τοῦ ἔθνους τούτου καὶ Γαλλίᾳ καὶ τοῖς Ἰλλυριῶν κλίμασι πλησιάζοντος· ὠνειροπόλει γὰρ καὶ Δαλματίας καὶ Ἰλλυριῶν περιέσεσθαι διὰ τῶν ἐκεῖσε στρατιωτικῶν ἡγεμόνων καὶ τῶν Λικιννίου δυνάμεων. ταῦτα κατὰ νοῦν ἔχων Μαξέντιος ᾠήθη δεῖν τὰ ἐν Λιβύῃ πρότερον διαθεῖναι, καὶ συναγαγὼν δυνάμεις ἀνδρῶν, ἡγεμόνα τε ταύταις ἐπιστήσας Ῥούφιον Βουλουσιανὸν τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, εἰς τὴν Λιβύην διαβιβάζει, συνεκπέμψας αὐτῷ Ζηνᾶν, ἄνδρα καὶ ἐπὶ πολεμικῇ πείρᾳ καὶ πρᾳότητι διαβόητον. τῇ δὲ πρώτῃ προσβολῇ τῶν Ἀλεξάνδρου στρατιωτῶν ἐγκλινάντων ἐπὶ στρατιωτικὸν τάγμα συν-
a. 311 ἔφευγε καὶ Ἀλέξανδρος· οὗ τινὸς ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενομένου καὶ αὐτὸς συλληφθεὶς ἀπεπνίγη. τοῦτο δὲ τοῦ πολέμου δεξαμένου τὸ τέλος, εὐρυχωρία τοῖς συκοφάνταις ἐδόθη πάντας ὡς εἰπεῖν, ὅσοι κατὰ τὴν Λιβύην ἦσαν γένους ἢ περιουσίας εὖ ἔχοντες, ὡς τὰ Ἀλεξάνδρου φρονήσαντας ἐνδεικνύναι· καὶ φειδὼ παντάπασιν ἦν οὐδεμία, τῶν μὲν ἀναιρουμένων, τῶν δὲ τὰς οὐσίας ἃς

7 ἐπὶ Ῥαιτίαν τὴν ἄνω S. 10 Illyria et Dalmatia, uti ex c. 17 patet, erant Licinii; corrumpendo igitur duces et milites Licinii potiturum se his provinciis speravit. *R.* 12 ἀνδρῶν] immo ἀδράς, sicut 5 11. 13 aliis *Fusius Volusianus.*

seditio militaris est concitata, qua milites parum abfuit quin ad urbis interitum progrederentur, nisi Maxentius eorum furorem propere mitigasset.

14. Secundum haec Maxentius occasiones gerendi adversus Constantinum belli quaerebat, seque dolere propter obitum patris simulans, cui mortis causam Constantinus praebuisset, via qua itur ad Raetos proficisci cogitabat, velut hac natione tam Galliae quam Illyricis regionibus proxima: somniabat enim et Dalmatia et Illyriis se potiturum opera ducum militarium in iis locis et Licinii copiarum. haec cum haberet in animo Maxentius, res Africanas prius constituendas duxit. itaque coactis hominum copiis, eisque dato duce Rufio Volusiano praetorii praefecto, in Africam illas transmittit, ablegato cum hoc et Zena, viro tam bellicarum rerum experientia quam mansuetudine celeberrimo. cum primo congressu milites Alexandri ad quendam militum globum deflexissent, fugae socium se praebebat Alexander; quo globo ab hostibus superato etiam ipse comprehensus et suffocatus est. bello in hunc modum finito, latus calumniatoribus apertus est campus omnes, prope dixerim, quotquot in Africa vel genere vel opibus praestabant, velut Alexandri partium sectatores deferendi; nec ullis omnino parcebatur, cum alii ne-

ἔτυχον ἔχοντες ἀπολλύντων. εἰσήγετο δὲ θρίαμβος εἰς τὴν Ῥώμην ἐκ τῶν ἐν Καρχηδόνι κακῶν. Μαξέντιος μὲν οὖν ταῦτα διαπραξάμενος, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τε καὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν μετὰ πάσης ὠμότητός τε καὶ ἀσελγείας προσενεχθείς, ἐν τούτοις πως ἦν.

15. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος καὶ πρότερον ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν ἔχων, τότε μᾶλλον εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ παρεσκευάζετο μάχην· καὶ συναγαγὼν δυνάμεις ἔκ τε ὧν ἔτυχεν ἔχων δορικτήτων βαρβάρων καὶ Γερμανῶν καὶ τῶν ἄλλων Κελτικῶν ἐθνῶν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Βρεττανίας συνειλεγμένους, εἰς ἐννέα που μυριάδας πεζῶν ἅπαντας καὶ ὀκτακισχιλίους ἱππέας, ἤλαυνεν ἐκ τῶν Ἄλπεων ἐπὶ a. 312
τὴν Ἰταλίαν, τὰς μὲν προσαγούσας ἑαυτὰς ἐκεχειρίᾳ πόλεις ἀβλαβεῖς ἀφιείς, τὰς δὲ ἐς ὅπλα ἰούσας καταστρεφόμενος. παρασκευαζομένου δὲ μείζονι δυνάμει καὶ Μαξεντίου, Ῥωμαίων μὲν καὶ Ἰταλῶν εἰς ὀκτὼ μυριάδας αὐτῷ συνεμάχουν, καὶ Τυρρηνῶν ὅσοι τὴν παραλίαν ἅπασαν ᾤκουν, παρείχοντο δὲ καὶ Καρχηδόνιοι στράτευμα μυριάδων τεσσάρων, καὶ Σικελιῶται πρὸς τούτοις, ὥστε εἶναι τὸ στράτευμα πᾶν ἑπτακαίδεκα μυριάδων, ἱππέων δὲ μυρίων πρὸς τοῖς ὀκτακισχιλίοις. τοσαύτῃ παρασκευασαμένων ἀμφοτέρων στρατιᾷ, Μαξέντιος γέφυραν ἐπὶ τοῦ Θύμβριδος ἐπήγνυτο, μὴ συνάψας ἅπασαν ἀπὸ τῆς ὄχθης τῆς πρὸς τῇ πόλει μέχρι τῆς ἄλλης, ἀλλ' εἰς δύο διελόμενος μέρη, ὥστε ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ ποταμοῦ τὰ πληροῦντα μέρος τῆς γεφύρας ἑκάτερον συναν-

20 στρατείᾳ LP.

carentur, alii facultates suas amitterent. quin et Romae triumphatum est ob perpetrata Carthagine mala. et Maxentii quidem rerum his ita gestis, ac omnibus per Italiam ac in ipsa urbe per summam crudelitatem libidinemque habitis, hic status erat.

15. Constantinus autem, qui hominem et antea suspectum haberet, tunc magis ad gerendum adversus eum bellum se comparat. ideoque collectis copiis ex redactis in potestatem barbaris et Germanis et aliis Celticis nationibus, itemque de Britannia coactis militibus, qui omnes erant ad nonaginta milia peditum et octo milia equitum, ex Alpibus in Italiam movet; ac oppida quidem per indutias se dedentia nullo damno multat, ad arma vero tendentia, in dicionem redigit. cum Maxentio, longe maioribus copiis semet instruente, Romanorum et Italorum octoginta milia se ad belli societatem coniunxerant, itemque Tusci, quotquot universam oram maritimam incolebant. praebebant et Carthaginienses exercitum quadraginta milium, et praeter hos Siculi, adeo quidem ut totus exercitus centum et septuaginta peditum et decem atque octo milibus equitum constaret. tantis cum ambo copiis instructi essent, Maxentius pontem supra Tiberim amnem struit, non connexum prorsus a ripa, quae urbem spectat, ad alteram usque ripam, sed duas in partes ita divisum, ut in medio flumine ea quae partem utramque pontis explebant in-

τᾶν πως ἀλλήλοις περόναις σιδηραῖς, ἀνασπωμέναις ἡνίκα ἂν τις μὴ βουληθείη ζυγῶσαι τὴν γέφυραν. ἐπέταξε δὲ τοῖς μηχανοποιοῖς, ἐπειδὰν ἴδωσι τὸν Κωνσταντίνου στρατὸν τῇ ζεύξει τῆς γεφύρας ἐφεστῶτα, ἀνασπᾶσαι τὰς περόνας καὶ διαλῦσαι τὴν γέφυραν, ὥστε εἰς τὸν ποταμὸν τοὺς ἐπὶ ταύτῃ ἑστῶτας πεσεῖν. καὶ Μαξέντιος μὲν ταῦτα ἐμηχανᾶτο, (16) Κωνσταντῖνος δὲ μέχρι τῆς Ῥώμης ἅμα τῷ στρατῷ προελθὼν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ πρὸ τῆς πόλεως ἐστρατοπεδεύετο, ἀναπεπταμένῳ τε ὄντι καὶ ἐς ἱππασίαν ἐπιτηδείῳ. Μαξέντιος δὲ ἐναποκλείσας ἑαυτὸν τοῖς θεοῖς ἱερεῖα προσήγαγε καὶ τῶν ἱεροσκόπων περὶ τῆς τοῦ πολέμου τύχης ἀνεπυνθάνετο καὶ τὰ Σιβύλλης διηρευνᾶτο. καί τι θέσφατον εὑρὼν σημαῖνον ὡς ἀνάγκη τὸν ἐπὶ βλάβῃ πράττοντα Ῥωμαίων οἰκτρῷ θανάτῳ περιπεσεῖν, πρὸς ἑαυτοῦ τὸ λόγιον ἐλάμβανεν ὡς δὴ τοὺς ἐπελθόντας τῇ Ῥώμῃ καὶ ταύτην διανοουμένους ἑλεῖν ἀμυνόμενος. ἐξέβη δὲ ὅπερ ἦν ἀληθές. ἐξαγαγόντος γὰρ Μαξεντίου πρὸ τῆς Ῥώμης τὸ στράτευμα, καὶ τὴν γέφυραν ἣν αὐτὸς ἔζευξε διαβάντος, γλαῦκες ἀπείρῳ πλήθει καταπτᾶσαι τὸ τεῖχος ἐπλήρωσαν· ὅπερ θεασάμενος ὁ Κωνσταντῖνος ἐνεκελεύετο τάττεσθαι τοῖς οἰκείοις. στάντων δὲ κατὰ κέρατα τῶν στρατοπέδων ἀντίων ἀλλήλοις, ἐπαφῆκε τὴν ἵππον ὁ Κωνσταντῖνος, ἣ δὲ ἐπελάσασα τῶν ἐναντίων ἱππέων ἐκράτει. ἀρθέντος δὲ καὶ τοῖς πεζοῖς τοῦ σημείου, καὶ οὗτοι σὺν κόσμῳ τοῖς πολεμίοις ἐπῄεσαν. γενομένης δὲ μάχης καρτερᾶς αὐτοὶ μὲν Ῥωμαῖοι καὶ

2 μὴ om P. 13 τὸ λόγιον Leunclavius: libri τὸ λοιπόν.

ter se quodam modo concurrerent fibulis ferreis, quae revellebantur, quoties pontem quis iunctum nollet. simul imperat fabris, cum primum viderent exercitum Constantini iuncturae pontis insistere, fibulas revellerent ac pontem solverent, ut quotquot huic insisterent, in fluvium delaberentur. ac Maxentius quidem haec struebat, (16) Constantinus autem cum exercitu Romam usque progressus ante urbem castra metatur in campo qui et late patet et equitationi est opportunus. Maxentius inclusus diis hostias immolat, et extispices de belli eventu consulit, ipsis quoque Sibyllinis oraculis pervestigatis. cumque repperisset oraculum, quo significaretur in fatis esse ut qui ad detrimentum populi Romani spectantia designaret, miserabili morte periret, de semet ipso id oraculum accipiebat, quasi qui Romam adortos eamque capere cogitantes propulsaret. eventus autem comprobavit id quod verum erat. nam cum Maxentius ex urbe copias produxisset, iamque pontem quem ipse iunxerat transiisset, infinita quaedam multitudo noctuarum devolans muros complebat. quo conspecto suis Constantinus, ut aciem struerent, imperat. cum exercitus utrinque cornibus adversis starent, equitatum Constantinus immisit. is equitatum hostilem adortus fudit. peditibus quoque signo sublato, rite compositeque in hostem illi tendebant. acri com-

οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας σύμμαχοι πρὸς τὸ κινδυνεύειν ἀπώκνουν, ἀπαλλαγὴν εὑρεῖν πικρᾶς εὐχόμενοι τυραννίδος, τῶν δὲ ἄλλων στρατιωτῶν ἄφατον ἔπιπτε πλῆθος ὑπό τε τῶν ἱππέων συμπατούμενον καὶ ἀναιρούμενον ὑπὸ τῶν πεζῶν. μέχρι μὲν οὖν ἡ ἵππος ἀντεῖχεν, ἐδόκει πως ἐλπὶς ὑπεῖναι τῷ Μαξεντίῳ· τῶν δὲ ἱππέων ἐνδόντων, ἅμα τοῖς λειπομένοις εἰς φυγὴν τραπεὶς ἵετο διὰ τῆς τοῦ ποταμοῦ γεφύρας ἐπὶ τὴν πόλιν. οὐκ ἐνεγκόντων δὲ τῶν ξύλων τὸ βάρος ἀλλὰ ῥαγέντων, ἐφέρετο μετὰ πλήθους ἄλλου καὶ αὐτὸς Μαξέντιος κατὰ τοῦ ποταμοῦ. (17) ἀγγελθείσης δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει τῆς νίκης, χαίρειν μὲν οὐδεὶς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐθάρρει διὰ τὸ τὴν ἀγγελίαν οἴεσθαί τινας εἶναι ψευδῆ· τῆς δὲ Μαξεντίου κεφαλῆς ἐπὶ δόρατος ἀνενεχθείσης, ἀποθέμενοι τὸν φόβον εἰς ἡδονὴν τὴν ἀθυμίαν μετήγαγον.

Ἐπὶ τούτοις οὕτως ἐκβᾶσιν ὁ Κωνσταντῖνος ὀλίγοις μέν τισι τῶν ἐπιτηδειοτάτων Μαξεντίῳ δίκην ἐπέθηκε, τοὺς δὲ πραιτωριανοὺς στρατιώτας ἐκτρίψας καὶ τὰ φρούρια τὰ τούτους ἔχοντα καθελών, διαθέμενός τε τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην, ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Γαλάτας ἐξώρμησε. μεταπεμψάμενος δὲ Λικίννιον ἐν τῷ Μεδιολάνῳ κατεγγυᾷ τὴν ἀδελφὴν τούτῳ Κωνσταντίαν, ἣν καὶ πρότερον αὐτῷ δώσειν ὑπέσχετο, τῆς πρὸς Μαξέντιον δυσμενείας a. 313 κοινωνὸν ἔχειν βουλόμενος. τούτου πραχθέντος Κωνσταντῖνος

11 διὰ τὸ] δέει τοῦ LP. 13 ἀθυμίαν S: ῥαθυμίαν LP.

misso proelio, Romani quidem ipsi et Itali socii segniores ad obeunda pericula se praebebant, quod acerba tyrannide se liberari optarent: reliquorum vero militum innumerabilis quaedam multitudo cecidit, tum ab equitibus obtrita tum a peditibus interempta. enimvero quamdiu resistebat equitatus, aliqua Maxentio spes esse reliqua videbatur. sed equitibus iam succumbentibus, fuga cum reliquis arrepta per pontem fluminis ad urbem contendebat. tignis autem minime sustinentibus eam vim oneris adeoque ruptis, cum cetera multitudine Maxentius etiam fluminis impetu abripiebatur. (17) victoriae fama ad eos perlata qui erant in urbe, nemo propter illa quae gesta fuerant laetitiam quandam prae se ferre audebat, quod falsum esse nuntium plerique arbitrarentur. verum ubi Maxentii caput summa hasta praefixum in urbem relatum esset, metu deposito vecordiam cum voluptate commutabant.

Hoc eventu rerum Constantinus de paucis quibusdam Maxentio familiarissimis poenas exegit, praetorianis militibus e medio sublatis et castellis dirutis, in quibus degere consueverant. cumque res urbanas constituisset, ad Celtas et Gallos profectus est. Licinio Mediolanum arcessito sororem Constantiam in matrimonium tradidit, quam et antea se daturum ei promiserat, cum eum sibi socium contra Maxentium hostem adiungere vellet. eo peracto Constantinus ad Celtas revertitur. ceterum bellis civilibus inter

μὲν ἐπὶ Κελτοὺς ἀνεχώρει, Λικιννίῳ δὲ καὶ Μαξιμίνῳ πολέμων ἐμφυλίων ὑπεκκαυθέντων καὶ μάχης ἐν Ἰλλυριοῖς καρτερᾶς γενομένης, ἔδοξε μὲν τὴν ἀρχὴν ὁ Λικίννιος ἐλαττοῦσθαι, παραχρῆμα δὲ ἀναμαχεσάμενος εἰς φυγὴν τρέπει τὸν Μαξιμῖνον, ὃς διὰ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἀπιὼν ἐλπίδι τοῦ συναγαγεῖν εἰς τὸν πόλεμον δυνάμεις ἀρκούσας ἐν Ταρσῷ τελευτᾷ.

ad multitudinem rettulissent, universos ad iram concitarunt. cumque non sine magno tumultu a compotando surrexissent ipsosque calices manibus adhuc tenerent, ad praetorium contenderunt; perruptisque nullo ordine foribus Caesarem in publicum deducunt, et sublimem in scutum quoddam elatum imperatorem augustum appellant, et vi diadema capiti eius imponunt. Caesar aegre quidem, quod accidisset, ferens, revocari tamen quod actum fuerat tuto non posse ratus, quando Constantius nec sacramentis ullis nec pactis conventis staret, aut ullam aliam fidei religionem inter homines sacram servaret, nihilo minus animum eius tentandum putabat. ideoque missis legatis praeter voluntatem et sententiam animi sui se declaratum imperatorem aiebat, ac si quidem ita Constantio videretur, paratum se dicebat esse ut diademate posito Caesaris dignitatem retineret. sed Constantius tantam ad iracundiam et arrogantiam provectus est, ut legatis diceret par esse Iulianum, si vitam sibi caram duceret, una cum imperio Caesaris etiam habitum ponere, privataeque vitae restitutum imperatoris se voluntati permittere: nec enim vel grave quicquam perpessurum, vel iis dignum quae tentare fuisset ausus. cum haec Iulianus ex legatis audisset, palam animi sui de numine sententiam ostendit, aperte prolocutus, audientibus universis, potius se diis quam Constantii verbis seque vitamque suam permissurum.

Ἐντεῦθεν ἅπασι φανερὰ γέγονεν ἡ πρὸς Ἰουλιανὸν Κωνσταντίου δυσμένεια. καὶ Κωνστάντιος μὲν πρὸς ἐμφύλιον παρεσκευάζετο πόλεμον, Ἰουλιανῷ δὲ δυσχεραίνειν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἐπῄει, ὡς, εἰ μέλλοι τῷ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δεδωκότι τοῦ Καίσαρος πολεμεῖν, ἀχαρίστου παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀποίσεται δόξαν. ὄντι δὲ περὶ ταῦτα καὶ πᾶσαν γνώμην ἀνακυκλοῦντι, σφόδρα τε ὀκνηρῶς ἔχοντι πρὸς ἐμφύλιον πόλεμον, ἔδειξε δι' ἐνυπνίου τὸ θεῖον αὐτῷ τὸ ἐσόμενον· ἐν Βιέννῃ γὰρ διατρίβοντι κατ' ὄναρ ὁ Ἥλιος a. 361 ἐδόκει δεικνύναι τοὺς ἀστέρας αὐτῷ, λέγειν τε ταῦτα τὰ ἔπη.

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα πέλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέντε
εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

τούτῳ τῷ ἐνυπνίῳ θαρρήσας εἴχετο μὲν κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐπιμελείας, ἐπεὶ δὲ ἦν ἔτι χειμών, τὰ μὲν ὅσα περὶ τοὺς βαρβάρους τῆς δεούσης ἠξιοῦτο προνοίας, ὥστε, εἰ δεήσει καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν ἀντιλαβέσθαι πραγμάτων, ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ τὰ ἐν Κελτοῖς πράγματα μεῖναι, παρεσκευάζετο δέ, Κωνσταντίου κατὰ τὴν ἑῴαν ὄντος, τὴν αὐτοῦ προκαταλαβεῖν ἐπιχείρησιν. (10) ἀκμάζοντος δὲ ἤδη τοῦ θέρους διαθεὶς τὰ περὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάρους, καὶ τοὺς μὲν πολέμῳ σωφρονεῖν ἀναγκάσας, τοὺς δὲ τῇ πείρᾳ τῶν προλαβόντων εἰρήνην

9 hi versus etiam apud Ammian. 21 4 et Zonaram 13 11 leguntur. 10 μόλῃ ap. Ammianum. 11 μοίρης — πέμπτης ap. Zonaram, μοίρῃ — πέμπτῃ ap. Ammianum. 12 εἰκοστῆς ap. Zonaram.

Hinc iam omnibus infestus Constantii erga Iulianum animus paruit. et Constantius quidem ad civile bellum se comparabat, Iuliani vero mentem, propter ea quae acciderant, hoc potissimum cruciabat, quod bellum cum eo gesturus qui Caesaris ei potestatem tribuerat, apud multos opinionem hominis ingrati de se concitaturus esset. dum haec secum expendit et animum hinc inde torquet, ac vehementer in suscipiendo civili bello cunctatur, numen ei per somnium quid futurum esset ostendit. nam dum Viennae commoratur, Sol in somniis sidera monstrare visus est et hosce versus pronuntiare:

parte Iovem feret extrema profusor ut undae,
parsque a Saturno fuerit vigesima quinta
Virginis ut iam tacta: Asiae Constantius omnis
vitam morte gravi mox finiet induperator.

hoc somnio fretus publica pro more suo negotia diligenter procurat. et quoniam adhuc hiems erat, rebus ad barbaros pertinentibus ita prospicit uti par erat, adeo quidem, ut si res ei suscipiendae essent aliae, prorsus in tuto Celticae manerent. simul, haerente per Orientem adhuc Constantio, conatum ut eius anteverteret sese parabat. (10) adulta iam aestate, compositis barbarorum trans Rhenum rebus, cum partim eos bello coegisset modeste se gerere, partim experientia prae-

ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ πόλεμον πείσας, ὡς ἐς μακρὰν ἀποδημίαν διέταττε τὸ στρατόπεδον, καταστήσας δὲ ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς ἐσχατιαῖς πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἡγεμόνας ἅμα τῇ δυνάμει ᾔει εἰς τὰς Ἄλπεις. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥαιτούς, ὅθεν ὁ Ἴστρος ἀρχόμενος Νωρικούς τε καὶ Παιονίαν πᾶσαν παραμείβεται καὶ προσέτι γε Δάκας καὶ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ Μυσοὺς καὶ Σκύθας, οὕτω τε εἰς τὸν Εὔξεινον ἐξίησι πόντον, πλοῖα ποτάμια κατασκευάσας αὐτὸς μὲν ἅμα τρισχιλίοις εἰς τὸ πρόσω διὰ τοῦ Ἴστρου παρῆγεν, δισμυρίους δὲ πεζῇ τὸ Σίρμιον καταλαμβάνειν διέταττεν. ἐπεὶ δὲ ἦν συνεχὴς εἰρεσία μετὰ τῆς τοῦ ῥοῦ φορᾶς καὶ τῶν ἐτησίων ἀνέμων αὐτῷ συντελεσάντων, ἑνδεκάτῃ μὲν ἡμέρᾳ περὶ τὸ Σίρμιον ἦλθε, φοιτησάσης δὲ ἀγγελίας ὡς ὁ βασιλεὺς παρεγένετο, πάντες μὲν ὡς εἰπεῖν Κωνστάντιον ἡγοῦντο εἶναι τὸν ἐπιστάντα, δεξάμενοι δὲ Ἰουλιανὸν ἐν ἐκπλήξει πάντες ἦσαν, φάσματι τὸ συμβὰν ἀπεικάζοντες. φθασάσης δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ τῆς ἀπὸ Κελτῶν αὐτῷ παρακολουθούσης δυνάμεως, τῇ Ῥωμαίων γερουσίᾳ καὶ ταῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δυνάμεσιν ἔγραφεν ἔχειν ἐν ἀσφαλεῖ τὰς πόλεις ὡς αὐτοῦ βασιλεύοντος. ἐπεὶ δὲ Ταῦρος καὶ Φλωρέντιος οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὕπατοι, τῆς Κωνσταντίου μερίδος ὄντες, ἅμα τῷ μαθεῖν ὅτι Ἰουλιανὸς ὑπερβὰς τὰς Ἄλπεις εἰς Παιονίαν ἀφίκετο φυγῇ τὴν Ῥωμαίων ἀπέλιπον, φυγάδας μὲν αὐτοὺς ὑπάτους ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐκέλευε γράφεσθαι, πάσας δὲ τὰς πόλεις ἃς ἔτυχεν ἤδη διαδραμὼν ἐφιλοφρονεῖτο, χρηστὰς ἐναποτιθέμενος

teritorum persuasisset ut pacem quam bellum amplecti mallent, velut ad profectionem longinquam, omnem exercitum instruit. cumque civiles et militares duces oppidis atque limitibus praefecisset, versus Alpes cum copiis pergit. ad Raetos ubi venisset, unde fluvius Ister ortus Noricos et universam Pannoniam permeat, itidemque Dacas et Thraciae Moesos et Scythas, atque ita semet in pontum Euxinum exonerat, constructis navigiis fluvialibus ipse cum tribus milibus Istro secundo devectus, viginti milia Sirmium itinere terrestri petere iussit. et quia remigium continuum cum secundo fluminis impetu coniungebatur, iis etiam ventis adiuvantibus quos Etesias velut anniversarios vocant, undecimo die Sirmium appulit. cumque nuntiatum fuisset imperatorem adesse, propemodum omnes arbitrabantur esse Constantium qui venisset. sed ubi Iulianum excepissent, prae admiratione cuncti stupebant; et instar portenti habebant id quod evenisset. non multo post, cum et exercitus ille qui ex Celtis subsequebatur praesto esset, ad senatum populi Romani et Italicos exercitus literas dedit, quibus in literis perscriptum erat, praesidiis munitas urbes tenerent, quando iam ipse nactus esset imperium. et quia Taurus ac Florentius eius anni consules, qui a Constantio stabant, simul atque cognovissent Iulianum Alpes transgressum in Pannoniam pervenisse, fuga semet ex urbe subduxerant, consules fugitivos in perscribendis publicis instrumentis eos appellari iussit. omnes autem urbes, quas cursim iam transierat, blande demulcebat, universis spem de se bonam praebens. scripsit

πᾶσιν ἐλπίδας. ἔγραφε δὲ καὶ Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ Κορινθίοις, τὰς αἰτίας τῆς σφετέρας ἐμφαίνων ἀφίξεως.

11. Ὄντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Σίρμιον ἐξ ἁπάσης ὡς εἰπεῖν τῆς Ἑλλάδος ἐστέλλοντο πρέσβεις, οἷς ἀποκρινάμενος τὰ προσήκοντα, καὶ ὅσα ἦν δίκαια φιλοτιμησάμενος, σὺν τῷ παρὰ Κελτῶν στρατοπέδῳ καὶ ἕτερον ἔκ τε αὐτοῦ τοῦ Σιρμίου καὶ τῶν Παίοσι καὶ Μυσοῖς ἐνιδρυμένων ταγμάτων συναγαγών, ἐπὶ τὰ πρόσω παρῄει. καταλαβὼν δὲ τὴν Ναΐσον αὐτόθι μετὰ τῶν μάντεων τὸ πρακτέον ἐσκόπει. ὡς δὲ μένειν αὐτῷ τέως κατὰ χώραν ἐδήλου τὰ ἱερά, τοῦτο ἐποίει, παρατηρῶν ἅμα καὶ τὸν τῷ ἐνυπνίῳ δηλούμενον χρόνον. ὡς δὲ καὶ τὰ τῶν ἀστρῴων συντρέχειν ἐδόκει κινήσεων, ὄντι κατὰ τὴν Ναΐσον ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως αὐτῷ πλῆθος ἱππέων ἀπήγγειλεν ὡς Κωνστάντιος μὲν ἐτελεύτησε, καλοίη δὲ Ἰουλιανὸν ἐπὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὰ στρατόπεδα. δεξάμενος Iulianus. δὴ τὸ παρὰ τοῦ θείου δεδωρημένον εἴχετο τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω πορείας. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ Βυζάντιον παρεγένετο, πάντες μὲν αὐτὸν σὺν εὐφημίαις ἐδέχοντο, πολίτην καὶ τρόφιμον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες οἷα δὴ ἐν ταύτῃ τεχθέντα τε καὶ τραφέντα τῇ πόλει, καὶ τὰ ἄλλα θεραπεύοντες ὡς μεγίστων τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθῶν. ἐν ταύτῃ τῆς πόλεως ἅμα καὶ τῶν στρατοπέδων ἐπιμελούμενος ἔδωκε μὲν τῇ πόλει γερουσίαν ἔχειν ὥσπερ ἐν τῇ Ῥώμῃ, λιμένα δὲ μέγιστον αὐτῇ δειμάμενος, τῶν ἀπὸ τοῦ νότου κινδυνευόν-

4 ἀποκρινόμενος libri. 10 τοῦτο δὲ ἐποίει P. 12 μαΐσον P. 15 δὲ P. 17 αὐτὸν P. 21 Ῥώμῃ] Ῥώμῃ πόλει L. 22 ὑπὸ? κινδύνων P.

et Atheniensibus et Lacedaemoniis et Corinthiis, itineris sui caussas ostendens.

11. Sirmii cum esset, ex omni prope Graecia legati ad eum missi aderant; quibus ubi respondisset quae par erat, eaque fuisset largitus quae iusta viderentur, cum Celticis et aliis praeterea copiis, quas de praesidiariis cohortibus Sirmii Pannoniorum Moesorumque collegit, ulterius castra movit. ubi Naisum attigisset, ibidem cum haruspicibus quid agendum esset dispiciebat. significantibus extis ut istic aliquandiu subsisteret, parebat, observans simul indicatum somnio tempus; quod ubi cum siderum motibus concurrere videretur, adhuc apud Naisum haerenti multitudo quaedam equitum, Cpoli veniens, nuntiabat Constantium esse mortuum et ipsos exercitus Iulianum ad summam rerum deposcere. quapropter accepto quod a numine donatum esset, inceptum iter prosequitur. ubi Byzantium accessisset, universi faustis acclamationibus eum excipiebant, civem et alumnum appellantes velut ea in urbe natum et educatum, et omni praeterea cultu prosequentes quasi futurum mortalibus maximorum bonorum auctorem. hic dum et urbi et exercitui reficiendo dat operam, potestatem urbi fecit habendi senatus ut in urbe Roma. simul portum ei maximum struxit, qui naves ab austro periclitantes ab iniu-

των ἀλεξητήριον πλοίων, καὶ στοὰν σιγματοειδῆ μᾶλλον ἢ εὐθεῖαν,
ἐπὶ τὸν λιμένα κατάγουσαν, ἔτι δὲ βιβλιοθήκην ἐν τῇ βασιλέως
οἰκοδομήσας στοᾷ καὶ ταύτῃ βίβλους ὅσας εἶχεν ἐναποθέμενος,
ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον. δέκα δὲ διατρίψας
ἐν τῷ Βυζαντίῳ μῆνας κατέστησε στρατηγοὺς Ὁρμίσδαν καὶ
Βίκτωρα, καὶ τοὺς ταξιάρχους αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα παρα-
a. 352 δοὺς ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἤλαυνε. μεθ' ὅσης μὲν οὖν ἡσυχίας καὶ
εὐλαβείας τὴν ὁδὸν ἅπασαν οἱ στρατιῶται διήνυσαν, λέγειν οὐκ
ἀναγκαῖον· οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀπηχές τι πρᾶξαι τούτους ὑπὸ Ἰου-
λιανῷ βασιλεῖ τεταγμένους. ἐπιδημήσαντα δὲ αὐτὸν τῇ Ἀντιοχείᾳ
δέχεται φιλοφρόνως ὁ δῆμος· φιλοθεάμων δὲ ὢν φύσει, καὶ
τρυφῇ μᾶλλον ἢ πράξεσι σπουδαίαις ἐκδεδομένος, εἰκότως τὴν περὶ
τὰ πάντα τοῦ βασιλέως ἐδυσχέραινε φρόνησιν καὶ σωφροσύνην,
εἰργομένου τε θεάτρων ἑαυτόν, σπανίως τε καὶ οὐδὲ διὰ πάσης
θεωρουμένου τῆς ἡμέρας. ἀφέντες τοίνυν φωνὰς ἀλλοκότους ἐλύ-
πησαν. ὁ δὲ ἠμύνατο, τιμωρίαν μὲν οὐδεμίαν ἔργῳ αὐτοῖς ἐπι-
θείς, λόγον δὲ ἀστειότατον εἰς αὐτούς τε καὶ τὴν πόλιν συνθείς,
ὃς τοσαύτην ἐν ἑαυτῷ μετ' εἰρωνείας ἔχει πικρίαν ὥστε πανταχοῦ
γῆς ἤρκεσε τὰ Ἀντιοχέων ὀνείδη διενεγκεῖν. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν
ὑπὲρ ὧν ἔπταισαν μετεμέλησεν, ὁ δὲ βασιλεὺς βοηθήσας τὰ εἰκότα
τῇ πόλει καὶ πλῆθος πολὺ παραδοὺς βουλευτῶν, ἐκ πατρὸς εἰς
τοῦτο καταγομένων καὶ ἔτι ὅσους ἔτυχον τεκοῦσαι βουλευτῶν θυ-

14 εἰργόμενος P. 17 λογίων L. 19 μὲν ὡς ὑπὲρ L.

riis defenderet, una cum porticu, quae sigma litteram potius quam rectam formam refert, et ad portum deducit. itidem constructa in regia porticu bibliotheca et libris, quotquot habebat, in ea collocatis, ad gerendum bellum Persicum se parabat. ubi decem menses Byzantii commoratus Hormisdam Victoremque duces declarasset, eisque tribunos et exercitus tradidisset, Antiochiam profectus est. quanta quidem cum tranquillitate ac religione totum hoc iter confecerint milites, non est necesse dicere: nec enim consentaneum erat eos insolentius ac praeter rationem decori quicquam admittere, qui sub imperatore Iuliano militabant. Antiochiam ingressum blande populus accepit. sed quod idem natura spectandorum ludorum cupidus esset, magisque voluptatibus quam seriis negotiis deditus, non abs re prudentiam et modestiam imperatoris in rebus omnibus aegre ferebat, qui et de theatris se subduceret et raro ludos nec toto die spectaret. quapropter portentosis quibusdam vocibus emissis eum pungebant. imperator semet ulcisci, non facto poena eis ulla irrogata, sed oratione quadam urbanissima tam in ipsos quam urbem composita; quae tantam in se cum irrisione continet acerbitatem, ut ubique terrarum didendis Antiochenorum probris suffecerit. sed hos quidem delictorum suorum paenituit. imperator autem urbe sublevata, ubi quidem hoc posceret aequitas, eique magno decurionum concesso numero, qui paterna successione munus hoc consequerentur, admissis et illis quotquot decurionum

γατέρες, ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν, ἄλλα τε πολλὰ καλῶς καὶ δικαίως οἰκονομήσας, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον.

12. Λήγοντος δὲ ἤδη τοῦ χειμῶνος τὴν στρατιὰν συναγαγὼν καὶ κατὰ τάξιν ἐν κόσμῳ προπέμψας ἐξώρμησε τῆς Ἀντιοχείας, οὐδὲ τῶν ἱερείων αἰσίων αὐτῷ γενομένων. τὸ δὲ ὅπως εἰδὼς ὑπερβήσομαι. πέμπτῃ δὲ τὴν Ἱεράπολιν ἡμέρᾳ καταλαβών, ἔνθα ἔδει τὰ πλοῖα πάντα συνδραμεῖν στρατιωτικά τε καὶ φορτικά, ἔκ τε Σαμοσάτων καὶ ἐξ ἄλλων τὸν Εὐφράτην καταπλέοντα τόπων, τούτοις ἐπιστήσας Ἱέρειον τῶν ἡγουμένων τινὰ στρατιωτικῶν ταγμάτων προέπεμπεν. αὐτὸς δὲ τρεῖς ἐπιμείνας τῇ Ἱεραπόλει μόνας ἡμέρας ἐπὶ Βάτνας τῆς Ὀσδροηνῆς πολίχνιόν τι προῄει, οὗ δὴ ὑπαντήσαντες Ἐδεσηνοὶ πανδημεὶ στέφανόν τε προσέφερον καὶ μετ' εὐφημίας εἰς τὴν σφῶν πόλιν ἐκάλουν. ὁ δὲ ἀποδεξάμενος καὶ ἐπιστὰς τῇ πόλει, καὶ ὅσα ἔδει χρηματίσας, ἐπὶ Κάρρας ἐβάδιζε. δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν προκειμέναιν, τῆς μὲν διὰ τοῦ ποταμοῦ Τίγρητος καὶ πόλεως Νισίβιος ταῖς Ἀδιαβηνῆς σατραπείαις ἐμβαλλούσης, τῆς δὲ διὰ τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Κιρκησίου (φρούριον δὲ τοῦτο κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον), σκεπτομένου τε τοῦ βασιλέως ποτέρᾳ τούτων χρήσασθαι δέοι πρὸς τὴν διάβασιν, ἔφοδος ἀπηγγέλθη Περσῶν ὡς καταδραμόντων τόπους Ῥωμαίοις ὑποχειρίους. καὶ συνταραχθῆ- a. 363

4 στρατείαν libri. 18 ἐκβαλλούσης vulgo. 19 Κιρκισίου LP. Ammianus *Cercusium*, Rufus Festus *Circesium* vocat. τοῦ om P.

filiae progenuissent; quod sane perpaucis municipiis datum scimus; aliis denique multis praeclare iusteque constitutis, ad bellum Persicum semet accingebat.

12. Hieme iam exacta, collecto exercitu eoque decenti ordine praemisso, egressus est Antiochiam, cum ne perlitare quidem potuisset. id autem quo pacto acciderit, quamvis cognitum habeam, silentio praeterire malo. cum die quinto pervenisset Hierapolim, ubi cunctas naves, et militares et onerarias, convenire oportebat, cum e Samosatis tum ex aliis per Euphratem locis descendentes, praefectum eis Hierium quendam, cohortium militarium ducem, praemisit: ipse tres duntaxat Hierapoli dies commoratus Batnas versus, oppidulum quoddam Osdroënae, progressus est, ubi populus Edesenorum universus ei factus obviam et coronam offerebat et faustis acclamationibus in urbem suam invitabat. imperator accepto dono civitatem ingressus, et decretis ei quae par erat, Carrhas perrexit. hinc iam duobus propositis itineribus, quorum alterum per flumen Tigrim et urbem Nisibim Adiabenicas ad satrapias ducit, alterum per Euphratem et Circesium (castelli hoc nomen est, quod Aboras fluvius et Euphrates ipse circumfluit, Assyriorum finibus contiguum), et imperatore deliberante quonam horum itinerum ad transiectionem utendum esset, Persarum irruptio nuntiata fuit, qui per loca dicionis Romanae gras-

ναι μὲν ἐκ τούτου τῷ στρατοπέδῳ συνέβη· μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς λῃστὰς εἶναι μᾶλλον, οἳ διαρπάσαντες τὰ ἐν ποσὶν ἀνεχώρησαν, ἔγνω φυλακὴν ἀρκοῦσαν τοῖς ἐπὶ τὸν Τίγρητα χωρίοις καταλιπεῖν, ὡς μὴ τῆς δυνάμεως ἁπάσης σὺν αὐτῷ διὰ τῆς ἑτέρας ὁδοῦ τῇ Περσῶν ἐπιούσης ἐπικρατείᾳ λαθόντες οἱ Πέρσαι Νίσιβιν καὶ τὰ ταύτῃ προσκείμενα πάντα κακώσαιεν, εὑρόντες ἔρημα βοηθείας. ἔδοξεν οὖν ὀκτακισχιλίους καὶ μυρίους ὁπλίτας αὐτόθι καταλειφθῆναι, στρατηγεῖν δὲ τούτων Σεβαστιανὸν καὶ Προκόπιον, αὐτὸν δὲ ἅμα τῇ πάσῃ δυνάμει διὰ τοῦ Εὐφράτου χωρῆσαι, διχῇ διελόντα τὴν σὺν αὐτῷ στρατιάν, ὥστε πανταχόθεν, εἴ τινες τῶν πολεμίων ὀφθεῖεν, εἶναι αὐτοὺς τούτοις ἀνθισταμένους, καὶ μὴ ἐπ' ἀδείας τὰ προσπεσόντα καταδραμεῖν.

13. Ταῦτα ἐν Κάρραις διαθεὶς (ἣ δὲ πόλις διορίζει Ῥωμαίους καὶ Ἀσσυρίους) ἠβουλήθη τὸ στρατόπεδον ἐξ ἀπόπτου τινὸς θεωρῆσαι χωρίου, ἄγασθαι δὲ τὰ πεζικὰ τάγματα καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας· ἦσαν δὲ ἅπαντες ἄνδρες πεντακισχίλιοι καὶ ἑξακισμύριοι. ἐξορμήσας δ' ἐκ Καρρῶν καὶ τὰ ἐν μέσῳ διαδραμὼν φρούρια μέχρι Καλλινίκου, κἀκεῖθεν ἐλθὼν ἐπὶ τὸ Κιρκήσιον περὶ οὗ πρότερον εἴρηται, διαβὰς τὸν Ἀσβώραν ποταμὸν ἔπλει διὰ τοῦ Εὐφράτου, νεὼς ἐπιβάς. ἠκολούθουν δὲ καὶ οἱ στρατιῶται, τὰς σιτήσεις δὴ κεκομισμένοι, καὶ ἀνέβαινον εἰς τὰ πλοῖα, ὅσοις ἐπιτέτακτο τοῦτο· ἤδη γὰρ ὁ στόλος ἀπαντήσας ἐτετυχήκει, φέρων ἀριθμὸν πλοίων ἐκ μὲν ξύλων πεποιημένων ἑξακοσίων, ἀπὸ δερ-

11 αὐτοὺς] immo τούς. 17 ἐκ om P. 19 *Abora* Leunclavius.

sari perhiberentur. ea res fecit ut perturbatio quaedam in castris exoriretur. sed imperator, cognito latrones hos potius esse, qui raptis rebus obviis abscessissent, satis magnum praesidium sitis ad Tigrim flumen agris relinquendum statuit, ne copiis universis secum per alterum illud iter Persicum territorium ingressis, clanculum Persae Nisibim et omnia Nisibi vicina loca, praesidiis et ope destituta, divexarent. itaque placuit ut decem et octo milia gravis armaturae militum ibi relinqueret, quorum duces Sebastianus et Procopius essent; ipse cum universis copiis iter per Euphratem faceret, exercitu duas in partes diviso, ut ab omni parte conspectis hostibus resisti posset, nec in quaevis obvia per summam illi licentiam excursitarent.

13. His apud Carras constitutis, quod oppidum Romanos et Assyrios disterminat, exercitum de sublimiore quodam loco spectare voluit, et iam legiones pedestres quam alas equitum admirari. erat autem numerus omnium sexaginta quinque hominum milia. Carris profectus, castellis interiectis ad Callinicum usque cursim transitis, ac delatus inde Circesium de quo supra dictum est, Asbora flumine transiecto, per Euphratem navi conscensa vehebatur. sequebantur et milites, qui annonas secum portaverant, in naves conscendentibus iis quibus hoc iniunctum erat. iam enim classis ad imperatorem venerat, in qua erat numerus navium sexcentarum, quae de lignis

μάτων δὲ πεντακοσίων. ἦσαν δὲ πρὸς τούτοις καὶ στρατιωτικαὶ νῆες πεντήκοντα, καὶ ἕτεραι πλατεῖαι συνηκολούθουν, δι᾽ ὧν, εἴ που δεήσειεν, ἔδει γίνεσθαι ζεύγματα πεζῇ διδόντα τῷ στρατοπέδῳ τοὺς ποταμοὺς διαβαίνειν. ἠκολούθει δὲ καὶ ἄλλα πάμπολλα πλοῖα, τὰ μὲν τροφὰς φέροντα τῷ στρατῷ, τὰ δὲ ξύλα πρὸς μηχανὰς ἐπιτήδεια, τὰ δὲ καὶ τὰ ἤδη κατεσκευασμένα πολιορκητικὰ μηχανήματα. κατέστησαν δὲ ναύαρχοι Λουκιανὸς καὶ Κωνστάντιος. οὔσης δὲ τοιαύτης τῆς τοῦ στρατοῦ τάξεως, ἀπό τινος βήματος ὁ βασιλεὺς πᾶσιν ὁμοῦ τὰ καθήκοντα προσφωνήσας, ἀργυρῶν τε νομισμάτων τριάκοντα καὶ ἑκατὸν τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον δόσει τιμήσας, τὴν ἐπὶ Πέρσας εἰσβολὴν ἐποιήσατο, τοῦ μὲν πεζοῦ Βίκτωρα στρατηγὸν καταστησάμενος, Ὁρμίσδαν δὲ τῆς ἵππου, καὶ Ἀρινθαῖον σὺν τούτῳ. περὶ δὲ Ὁρμίσδου καὶ πρότερον εἴρηται ὅτι Πέρσης τε ἦν καὶ βασιλέως υἱός, ὑπὸ δὲ ἀδελφοῦ ἀδικηθεὶς καὶ φυγὼν πρὸς Κωνσταντῖνόν τε ἦλθε τὸν βασιλέα καὶ εὐνοίας δοκίμια παρασχόμενος τιμῶν καὶ ἀρχῶν ἠξιώθη μεγίστων.

14. Εἰσβαλόντι τοίνυν εἰς τὰ Περσῶν ὅρια τῷ βασιλεῖ τὸ μὲν εὐώνυμον εἶχεν ἡ ἵππος, συμπαραθέουσα τῇ ἠϊόνι τοῦ ποταμοῦ, τῶν δὲ πεζῶν μοῖρα τῷ δεξιῷ ἠκολούθει, τὸ δὲ λοιπὸν ἡ στρατιά, σταδίοις διεστῶσα ἑβδομήκοντα. τοῦτο δὲ τὸ μέσον

2 ἕτεραι πλατεῖαι] codices ἕτερα πλατεῖα. Eunapius vel Dio Cassius apud Suidam v. ζεῦγμα: *πλατεῖαι μέν εἰσιν αἱ νῆες δι᾽ ὧν ὁ ποταμὸς ζεύγνυται.* 7 tribunus *Constantianus* et comes *Lucillianus*. Ammian. 8 τῆς om libri. 13 Ἀρεθαῖος P; lib. 4 2 Ἀρίνθεος. 19 τὸ δεξιὸν L.

erant factae, de corio quingentarum. praeter has aderant et quinquaginta naves militares, aliaque navigia lata comitabantur; quibus, si usus ita posceret, iungendi pontes essent per quos exercitus pedes transiret flumina. sequebantur et alia complura navigia, quae partim annonam exercitui vehebant, partim ligna fabricandis machinis idonea, partim iam fabricata tormenta obsidionalia. navarchi facti sunt Lucianus et Constantius. talis cum esset exercitus ordo, de tribunali quodam imperator ad universos ea quae ex officio quaererentur prolocutus, et militibus congiario centum et triginta nummorum argenteorum viritim dato, contra Persas movere coepit, Victore pedestribus copiis duce dato, equestribus Hormisda, cui Arinthaeum adiunxit. de Hormisda prius etiam diximus, fuisse natione Persam et filium regis, qui a fratre affectus iniuria aufugerit et ad Constantinum imperatorem pervenerit, editisque fidei ac benevolentiae documentis honores et magistratus amplissimos promeruerit.

14. Cum ergo Persarum in fines irruisset imperator, laevum quidem cornu tenebat equitatus, qui propter ripam fluminis progrediebatur, pars autem peditatus ad dextrum latus comitabatur; reliquum agmine continebatur maximo, quod septuaginta stadiis aberat. hoc interiectum spatium com-

εἶχε τά τε νωτοφόρα ζῷα, τὰ βαρέα τῶν ὅπλων καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν φέροντα, καὶ ὅσον ἦν ὑπηρετικόν, ὡς ἂν ἐπ᾽ ἀσφαλοῦς εἶεν καὶ οὗτοι, τοῦ στρατοῦ πανταχόθεν αὐτοὺς περιέχοντος. οὕτω διαθεὶς τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν χιλίους ἔγνω καὶ πεντακοσίους προπέμψαι, κατασκεψομένους εἴ τι πολέμιον ἢ προφανῶς ἢ δι᾽ ἐνέδρας ἐπίῃ, Λουκιλλιανὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας. ἑξήκοντα δὲ προελθὼν σταδίους εἴς τι χωρίον Ζαυθὰ προσαγορευόμενον ἦλθε, καὶ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, ἴχνος μὲν ὡς ἄρα ποτὲ πόλις ἦν φέρουσαν, τότε δὲ ἔρημον· οὗ Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος. ἔνθα καὶ πλῆθος ἐλάφων φανὲν οἱ στρατιῶται κατατοξεύσαντες ἅλις ἐχρήσαντο τῇ ἐκ τούτων τροφῇ. σταθμοὺς δ᾽ ἐντεῦθεν διελθὼν τέσσαρας εἴς τι χωρίον ἀφίκετο· Φαθούσας ὄνομα τούτῳ. ἦν δὲ ἀντικρὺ ἐν τῷ ποταμῷ νῆσος, ἔχουσα φρούριον ὑπὸ πλείστων οἰκούμενον. τούτῳ Λουκιλλιανὸν ἐπιπέμψας ἅμα τοῖς ὑπ᾽ αὐτῷ κατασκόποις χιλίοις ἐπολιόρκει τὸ φρούριον. καὶ ἕως μὲν ἦν νύξ, ἐλάνθανον οἱ πολιορκοῦντες, ἡμέρας δὲ γενομένης ὑπὸ τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ τινὸς ὑδρείας ἕνεκα προελθόντος ὀφθέντες εἰς θόρυβον τοὺς ἔνδον κατέστησαν. πάντων τε εἰς τὸ τεῖχος ἀναβάντων, ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν νῆσον μηχαναῖς ἅμα καὶ ἑτέραις δυνάμεσι περαιωθεὶς παρεγγύησε τοῖς ἔνδον ἑαυτούς τε καὶ τὸ φρούριον παραδοῦσι πρόδηλον ἐκφυγεῖν ὄλεθρον. ἐπεὶ δὲ

6 rectius forsan *ἐπίοι*. *S.* 7 Ammiano *Zaitha.* 12 observat *d'Anvillius* (l'Euphrate et le Tigre p. 62) hoc castellum, cuius nomen alias non occurrat, eadem altitudine situm esse qua *Anatha* ab Ammiano memorata. *R.* 20 *παρηγγύησε?* 21 *παραδιδοῦσι* P.

plectebatur partim iumenta sarcinas gestantia, quae graviora scilicet arma cum apparatu reliquo ferebant; partim quicquid calonum erat, ut et illi tuto essent loco, undique ab exercitu conclusi. sic ulterius progrediendum ratus, mille quingentos praemittendos statuit Lucilliano duce, qui explorarent an hostile quoddam agmen vel palam vel per insidias irrueret. sexaginta progressus stadiis quendam ad locum venit cui Zautha nomen; inde Dura, cuius ut urbis quondam vestigia quaedam restabant, sed id temporis desertae; ubi sepulcrum imperatoris Gordiani ostendebatur. ibidem milites ingentem cervorum multitudinem conspicati telis conficiebant, et ad satietatem carnibus eorum vescebantur. inde stationibus quattuor emensis quendam ad vicum pervenit, Phathusas dictum. erat autem ex adverso insula in flumine, quae castellum habebat a plurimis inhabitatum. huc misso Lucilliano cum exploratoribus mille, quibus praeerat, castellum obsidione cingebat. et quam quidem diu nox erat, obsessores a nemine deprehendebantur. ubi vero dies illuxisset, a quodam incola castelli, qui aquationis causa prodierat, conspecti magnopere perturbarunt eos, qui erant in castello. cum autem in murum conscendissent omnes, imperator in insulam cum tormentis et ceteris copiis transportatus castello clausis futurum denuntiabat ut, si se ipsos cum castello dedidissent, manifesto et certo interitu liberarentur. quo quidem

τοῦτο πεποιήκασιν, ἄνδρας μὲν σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐχομένην γῆν ἅμα φυλακῇ στρατιωτῶν παρέπεμψε, Πουσαίῳ δὲ τῷ τούτων ἡγουμένῳ δοὺς ταξιάρχου φροντίδα τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις εἶχε, πιστοῦ πειραθείς.

15. Ἐντεῦθεν ὁδόν τινα διαμείψας ἐνέτυχεν ἑτέρᾳ τοῦ ποταμοῦ νήσῳ, καθ᾽ ἣν φρούριον ὀχυρώτατον ἦν. ᾧ προσβαλὼν ὁ βασιλεύς, καὶ ἄληπτον πανταχόθεν εὑρών, ἐκδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς ἀπῄτει καὶ μὴ ἀναμεῖναι τὸν ἐκ τῆς ἁλώσεως κίνδυνον. τῶν δὲ τοῦτο ποιήσειν ὅπερ ἂν καὶ τοὺς ἄλλους δρῶντας θεάσαιντο ὑποσχομένων, ἐπὶ τὰ πρόσω διῄει. καὶ ἕτερα δὲ φρούρια κατέλιπε, ταῖς ὁμοίαις πεισθεὶς ὑποσχέσεσιν· ᾤετο γὰρ δεῖν μὴ περὶ μικρὰ διατρίβειν τὸν χρόνον, ἀλλ᾽ εἰς τὸ κεφάλαιον ἑαυτὸν ἐμβαλεῖν τοῦ πολέμου. σταθμοὺς δέ τινας παραμείψας εἰς Δάκιρα παρεγένετο, πόλιν ἐν δεξιᾷ πλέοντι τὸν Εὐφράτην κειμένην· ἥν τινα τῶν οἰκούντων ἔρημον εὑρόντες οἱ στρατιῶται σῖτόν τε πολὺν ἐναποκείμενον ἥρπασαν καὶ ἁλῶν πλῆθος οὐ μέτριον, γυναῖκάς τε τὰς ἐγκαταλειφθείσας ἀποσφάξαντες οὕτω κατέσκαψαν ὥστε οἴεσθαι τοὺς ὁρῶντας μηδὲ γεγονέναι πόλιν αὐτόθι. ἐπὶ δὲ τῆς ἄντικρυς ἠϊόνος, δι᾽ ἧς ὁ στρατὸς ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, πηγή τις ἦν ἄσφαλτον ἀνιεῖσα. μεθ᾽ ἣν εἰς Σίθα, εἶτα εἰς Μηγίαν ἀφικόμενος, μετ᾽ ἐκείνην εἰς Ζαραγαρδίαν πόλιν ἦλθεν, ἐν ᾗ βῆ-

7 ἐνδοῦναι P. 11 δεῖν om libri. 14 Ammiano *Diacira.* 16 ἁλῶν *R* auctore Ammiano 24 2: *Diacira invaditur, civitas, habitatoribus vacua, frumento et salibus nitidis plena.* libri ἄλλων. 21 Ammiano *Ozogardana.* Sitha et Megia hic silentio praeterit. Sitha d'*Anvillio* p. 69 eadem cum *Hit* esse videtur. *R.*

ab eis facto, viros cum liberis et uxoribus in dicionem Romanam cum praesidio militari misit, ducem vero ipsorum Pusaeum tribunatus officio donatum deinceps inter familiares, fidelem expertus, habuit.

15. Secundum haec confecto quodam itinere perventum est ad aliam fluminis insulam, in qua munitissimum castellum erat; quod imperator adortus, cum ab omni parte repperisset inexpugnabile, deditionem ut facerent postulabat, neve periculum expugnationis exspectarent. id se illis facturos pollicitis quod et alios facere vidissent, ad ulteriora perrexit, itidemque castella quaedam alia post se reliquit, similibus promissis acquiescens: nam circa munita nequaquam terendum tempus existimabat, sed ipsum belli caput petendum. stationibus nonnullis emensis Dacira venit, oppidum navigantibus Euphratem ad dextram situm; quod ubi desertum ab incolis repperissent milites, tum vim frumenti magnam in eo repositam diripiebant, tum salium copiam non exiguam; et relictis ibi mulieribus trucidatis, usque adeo diruebant urbem ut locum intuentes existimarent nullum istic oppidum unquam exstitisse. in adversa ripa, qua iter faciebat exercitus, fons quidam erat bitumine scatens. hinc Sitha perveniens, inde Megiam, post ad oppidum Zaragardiam accessit, in quo sublime tribunal erat, ex lapide factum, quod inco-

μα ἦν ὑψηλὸν ἐκ λίθου πεποιημένον, ὃ Τραϊανοῦ καλεῖν εἰώθασιν οἱ ἐγχώριοι. ταύτην ῥᾷστα τὴν πόλιν οἱ στρατιῶται διαρπάσαντες καὶ ἐμπρήσαντες αὐτήν τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὑστεραίαν ἡσυχίαν ἦγον. θαυμάσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι τοσαύτην τοῦ στρατοῦ διαδραμόντος ὁδὸν οὐδεὶς ἐκ Περσῶν οὔτε λόχος ἐξ ἐνέδρας οὔτε ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀπήντησέ τι πολέμιον, Ὁρμίσδαν εἰς κατασκοπὴν ἐκπέμπει μετὰ δυνάμεως οἷα τὰ Περσῶν διὰ πάσης ἀκριβείας εἰδότα. ὃς μικροῦ πρὸς ἔσχατον ἐληλύθει μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ κίνδυνον, εἰ μὴ τύχη τις αὐτοὺς ἐκ παραδόξου διέσωσεν. ὁ γὰρ σουρήνας (ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα) λόχον ἔν τινι τόπῳ καθίσας Ὁρμίσδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας ἐκαραδόκει, παριοῦσιν ἐθέλων ἐπελθεῖν, οὐδὲν τοιοῦτον προσδεχομένοις· καὶ δὴ τὰ τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς εἰς ἔργον ἐξέβαινεν, εἰ μὴ διῶρυξ ἐν μέσῳ τοῦ Εὐφράτου, πέρα τοῦ συνήθους ῥυεῖσα, τῶν περὶ τὸν Ὁρμίσδαν ἐκώλυσε τὴν διάβασιν. καὶ διὰ τοῦτο ἀναβληθείσης τῆς παρόδου, τῇ ὑστεραίᾳ φανέντι τῷ σουρήνᾳ καὶ τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς ἐνέδρας συστραφέντες ἐπέθεντο, καὶ τοὺς μὲν ἀνελόντες τοὺς δὲ τρέψαντες εἰς φυγὴν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ συνέμιξαν.

16. Προελθόντες δὲ εἰς τὰ πρόσω εἴς τινα τοῦ Εὐφράτου διώρυχα διῆλθον, ἐκτεινομένην μὲν εἰς μῆκος ἄχρι τῆς Ἀσσυρίων, συμπαρατεινομένην δὲ πάσῃ τῇ μέχρι τοῦ Τίγρητος χώρᾳ. ἐνταῦθα πηλῷ κολλώδει καὶ τέλμασιν ἐμπεσόντες οἱ στρατιῶται, καὶ τοὺς ἵππους μάλιστα τῇ δυσχωρίᾳ θεώμενοι δυσχεραίνοντας,

lae Traiani vocare consueverunt. eo milites oppido nullo negotio direpto et exusto, diem illum cum postero corporum refectioni dederunt. imperator autem miratus quod cum tantum itineris iam confecisset exercitus, nullus adhuc nec ex insidiis nec aperte globus hostilis occurrisset, Hormisdam cum copiis speculatum emittit veluti rerum Persicarum accuratissime gnarum. is parum abfuit quin extremum cum iis quos secum habebat periculum adiret, ni casus quidam eos inopinato servasset. nam surenas (magistratus hoc apud Persas nomen est) insidiis quodam loco positis Hormisdam cum militibus suis opperiebatur, et praetereuntes ac nihil eiusmodi exspectantes aggredi cogitabat. et quidem res eis ex voto cessisset, nisi quidam interiectus utrisque alveus ex Euphrate praeter morem excrevisset, et impedimento militibus Hormisdae fuisset quo minus transiicerent. propterea transmissum dilato, postridie conspectum surenam, et eos quos ille participes insidiarum habebat, conversis agminibus adorti sunt; eisque partim interfectis partim terga dare coactis, cum exercitu reliquo se coniunxerunt.

16. Progressi ulterius ad quendam ex Euphrate derivatum alveum pervenerunt, qui pertinet in longitudinem ad Assyriam usque, simulque se per totam ad Tigridem usque regionem extendit. hic milites in lutum quoddam tenax et palustria loca delati, praesertimque videntes hac difficultate potissi-

καὶ οὐδὲ σὺν τοῖς ὅπλοις οἷοί τε ὄντες διανήξασθαι τὴν διώρυχα, τοῦ τε βάθους οὐκ ἐνδιδόντος καὶ τοῦ πηλοῦ διὰ τὸ δίυγρον ὑπερβῆναι μὴ συγχωροῦντος, ἐν ἐσχάτῃ τοῦ πρακτέου κατέστησαν ἀπορίᾳ. καθίστη δὲ αὐτοῖς τὸν κίνδυνον μείζονα τὸ τοὺς πολεμίους ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ὄχθης ὁρᾶσθαι βέλεσί τε καὶ λίθων ἐκ σφενδονῶν ἀφέσει τὴν διάβασιν εἴργοντας. οὐδενὸς δὲ λύσιν εὕρασθαι δυναμένου τῶν περιεστώτων κινδύνων, ἀγχινοίᾳ τῇ περὶ πάντα καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ προέχων ὁ βασιλεὺς ἔγνω τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐπὶ κατασκοπὴν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἀνδράσιν, ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένοις, σημῆναι κατὰ νώτου χωρῆσαι τῶν πολεμίων, ἐπισπάσασθαί τε τὴν τούτων ὁρμήν, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ δοῦναι σφίσιν ἀκώλυτον τὸν τῆς διώρυχος ἔκπλουν. ἐκπέμπει τε πρὸς τοῦτο Βίκτωρα (τὸν) στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης. ὁ δὲ νύκτα ἐπιτηρήσας, ὡς ἂν μὴ ὀφθείη παρὰ τῶν Περσῶν ἀποχωρῶν τοῦ στρατεύματος, καὶ οὕτω δὲ προελθὼν ὁδὸν τοσαύτην ὅση τὸ γιγνόμενον οὐδὲ ἡμέρας οὔσης ὁρᾶν ἐδίδου τοῖς ἐναντίοις, περαιωθεὶς τὴν διώρυχα τοὺς ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένους ἐζήτει. (17) *προελθὼν δὲ περαιτέρω, πολεμίου παντάπασιν οὐδενὸς αἰσθόμενος, ἐκβοήσεσί τε ἀνεκάλει τοὺς ὁμοφύλους καὶ σαλπίγγων ἤχοις πλησιάσαι σφίσιν ἐσήμαινεν. ἀπαντησάντων δὲ κατὰ νοῦν αὐτῷ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης συμπάντων ὁ Λουκιλλιανὸς τεκμηράμενος, τῇ μετὰ Βίκτωρος οὔσῃ δυνάμει*

2 ὑγρὸν P. 9 προπεμφθεῖσιν vel ἀποπεμφθεῖσιν *Reinesius.* legere etiam possimus ἀπολυθεῖσιν, quo verbo usus est Zosimus p. 153 22. *R.* 12 τῆς om libri. 16 ὅσον vulgo. 21 συμβάντων libri.

mum equos affligi, seque cum armis alveum transnare nullo modo posse, quod id fieri altitudo aquae non permitteret et per lutum propter eius uliginem transitus non pateret, ad extremam quandam inopiam consilii redacti sunt. et periculum ea quoque re maius erat, quod hostes in adversa ripa conspicabantur, telis et eiaculatione saxorum e fundis transiectionem impedituros. cum nemo reperire modum posset quomodo de periculis obiectis evaderent, imperator, qui tum sagacitate rebus in omnibus tum experientia rei militaris praestaret, statuit mille quingentis illis, qui sub Lucilliano militabant et explorabant itinera, significandum esse, hostes a tergo adorirentur et eorum impetum in se converterent, ut hoc modo exercitus alveum transmittere nemine prohibente posset. itaque Victorem ducem satis magnis copiis ad hoc ablegat. is observata nocte, ne conspiceretur a Persis ipsius ab exercitu discessio, tantumque spatio progressus quantum ad id satis esset, ut hostes ne interdiu quidem quid ageretur animadverterent, alveo transiecto Lucilliani militem quaerebat. (17) Itinere aliquanto longius facto, cum hostem omnino neminem deprehenderet, clamoribus et turbarum sonis populares suos vocabat, et ad se uti propius accederent significabat; quos ex animi sentententia sibi datos obviam nactus, cum quid accidisset coniecturis Lucillianus fuisset assecutus, iunctis cum Victore copiis hostes a tergo praeter opinionem adoritur. illi

συμμίξας, ἐπῄει κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως. οἱ δ᾽ ἀπαράσκευοι πρὸς τοῦτο ληφθέντες ἐκτείνοντό τε καὶ ἔφευγον ὅπῃ παρείκοι. καὶ ὁ βασιλεύς, ἐκβάντος αὐτῷ εἰς ἔργον τοῦ στρατηγήματος, ἐπεραιοῦτο τὴν διώρυχα κωλύοντος οὐδενός. καὶ τὴν μὲν ἵππον τοῖς παρατυχοῦσι πλοίοις, τὴν δὲ πεζὴν ναυσίν, ἃς ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς διώρυχος εὗρε, διαβιβάσας εἴχετο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας, πολέμιον τέως οὐδὲν ὑφορώμενος.

Ἐλθὼν δὲ εἰς πόλιν ᾗ Βηρσαβῶρα ἦν ὄνομα, τὸ μέγεθος ἐσκόπει τῆς πόλεως καὶ τὸ τῆς θέσεως ὀχυρόν. δύο μὲν γὰρ κυκλοτερέσι περιείληπτο τείχεσιν, ἀκρόπολις δ᾽ ἦν ἐν μέσῳ τεῖχος ἔχουσα καὶ αὐτή, τμήματι κύκλου τρόπον τινὰ ἐμφερές, πρὸς ἣν ὁδός τις ἦν ἀπὸ τοῦ ἐνδοτέρου τῆς πόλεως τείχους, οὐδὲ αὐτὴ ῥᾳδίαν ἔχουσα τὴν ἀνάβασιν. καὶ τὰ μὲν πρὸς δυσμὰς τῆς πόλεως καὶ μεσημβρίαν περιφερής τις καὶ σκολιὰ διέξοδος εἶχε, τοῦ δὲ πρὸς ἄρκτον μέρους παρασπασάμενοι τοῦ ποταμοῦ διώρυχα πλατεῖαν προυβάλοντο, δι᾽ ἧς καὶ ὕδωρ εἰς χρῆσιν τῶν ἐνοικούντων ὠχέτευον. τὰ δὲ πρὸς ἕω τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι διὰ σταυρωμάτων ἐκ ξύλων ὀχυρῶν ἐναπείληπτο. πύργοι δὲ εἱστήκεσαν περὶ τὴν τάφρον μεγάλοι, τὰ μὲν ἀπὸ γῆς μέχρι μέσου δι᾽ ὀπτῆς πλίνθου δεδεμένης ἀσφάλτῳ, τὰ δὲ μετὰ τὸ μέσον πλίνθῳ τε ὁμοίᾳ καὶ γύψῳ δεδομημένα. (18) ταύτην πολιορκίᾳ τὴν πόλιν ὁ βασιλεὺς ἑλεῖν ἐγνωκὼς εἰς τὸ ἔργον παρεκάλει τοὺς στρατιώτας. τῶν δὲ τὸ κέλευμα σὺν πάσῃ προθυμίᾳ πληρούντων ὡρ-

8 *παρήκοι* libri. 8 Ammiano *Pirisabora*. aliud nomen affert d'*Anvillius* p. 71 *Ancobaritis*. 15 *σπασάμενοι* P.

vero, qui et alias obruerentur imparati, vel contrucidabantur vel quacunque liceret aufugiebant. imperator, cui feliciter hoc stratagema, alveum nemine prohibente transmittebat; et equitatu navigiis obviis, peditatu navibus aliis, quas multis in partibus alvei reperit, transportato.

Nihil amplius hostile veritus ad urbem accessit, cui Bersabora nomen erat; eiusque tum magnitudinem tum situs opportunitatem ac munitionem inspexit. nam duplici muro in orbem claudebatur, et arx medio erat in oppido, muro et ipsa munita, segmento circuli quodam modo simili; ad quam via quaedam ab interiore civitatis muro ducebat, cuius haud facilis erat adscensus. ad occidentalem oppidi partem, ac meridiem versus, tortuosus et obliquus exitus erat. pars septemtriones spectans munita erat ab eis lato quodam alveo fluminis, eo deducto; per quem et aquam ad usum incolarum derivabant. Orientem versus alta fossa et aggere lignis validis cancellato cingebatur. propter fossam turres magnae stabant, ad medium usque a terra de coctilibus laterculis, bitumine conglutinatis, supra medium de similibus laterculis et gypso fabricatae. (18) hanc urbem cum expugnare decrevisset imperator, milites ad capessendum opus exhortabatur. illis cum omni alacritate progressis, ut imperata facerent, urbis incolae

μηκότων, οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες εἰς φιλίαν ἠξίουν ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ, νῦν μὲν Ὁρμίσδην αὐτοῖς πεμφθῆναι διαλεχθησόμενον περὶ σπονδῶν ἐξαιτοῦντες, νῦν δὲ ὕβρεσιν αὐτὸν περιβάλλοντες ὡς αὐτόμολον καὶ φυγάδα καὶ τῆς πατρίδος προδότην. ἐφ' οἷς εἰς ὀργὴν εἰκότως ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἔργου πάντας ἔχεσθαι καὶ ἐγκεῖσθαι τῇ πολιορκίᾳ προθύμως ἐκέλευε. τῶν δὲ ἐφ' ᾧ τεταγμένος ἕκαστος ἦν ὁρμησάντων, οἱ κατὰ τὴν πόλιν ὄντας οὐκ ἀξιόχρεως ἑαυτοὺς εἰς φυλακὴν τῶν τῆς πόλεως τειχῶν θεασάμενοι συνέφυγον ἅπαντες ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν. ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἐπαφῆκε τῇ πόλει τῶν οἰκούντων ἐρημωθείσῃ τὴν δύναμιν· ἡ δὲ τὰ τείχη καθελοῦσα καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσασα μηχανάς τε ἐπὶ τῶν ἐρειπίων τῆς πόλεως ἵστη, καὶ ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἔβαλλε βελῶν καὶ λίθων ἀφέσει. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως λίθοις τε καὶ βέλεσι συνεχέσιν ἠμύνοντο τοὺς πολιορκοῦντας, ἐγίνετό τε πολὺς ἑκατέρωθεν φόνος, τότε δὴ ὁ βασιλεύς, εἴτε ἐξ οἰκείας ἐννοίας τῇ τῶν τόπων ἁρμοσάμενος θέσει εἴτε καὶ τοῦτο ἐκ πολυμαθείας λαβών, μηχάνημά τι κατεσκεύασε τοιόνδε. ξύλα μέγιστα πρὸς ἄλληλα συνδήσας σιδήρῳ καὶ πύργου σχῆμα τετραγώνου διὰ τούτων ἀπεργασάμενος, ἀντιστήσας τε τῷ τῆς ἀκροπόλεως τείχει, τῇ τε κατὰ βραχὺ τοῦ ὕψους προσθήκῃ τῷ μήκει τῶν τειχῶν ἴσον ἀποτελέσας, εἰς τοῦτον ἀνεβίβασε τοξότας τε καὶ τοὺς ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέντας λίθους καὶ βέλη. τότε τοίνυν ἔκ τε τῶν πολιορκούντων οἱ Πέρσαι καὶ ἐκ τῶν ἐφεστηκότων

15 δὴ] δὲ L.

petebant ut ab imperatore in fidem reciperentur, modo mitti ad se postulantes Hormisdam de condicionibus pacis collocuturum, modo probris et contumeliis eundem incessentes ut transfugam et exsulem et proditorem patriae. quibus rebus imperator non immerito concitatus ad iram universos operi intentos esse atque oppugnationem alacriter urgere iussit. illis, uti iussus ac dispositus quisque fuerat, cum impetu progressis, defensores urbis, nequaquam se pares tuendis moenibus esse conspicati, ad arcem universi se recipiebant. quo conspecto milites imperator in urbem habitatoribus vacuam immisit; qui muris deiectis et incensis aedificiis machinas in oppidi parietinis constituere, telorumque ac lapidum iactu eos petiere qui in arcem commigraverant. sed quod propugnatores arcis lapidibus continuis ac telis oppugnantes repellerent, et ingens utrinque clades acciperetur, imperator, sive quadam ingenii sollertia, locorum situs habita ratione, sive magna rerum edoctus experientia, tormentum quoddam tale construxit. tignis maximis inter se ferro colligatis, et per illa quadratae turris effecta forma, eaque moenibus arcis opposita, et paulatim sublimitate crescente tantam ad altitudinem excitata murorum ut altitudinem aequaret, in eam turrim sagittarios imposuit cum iis quae de machinis saxa telaque coniicerent. itaque Persae, qui tunc et ab oppugnantibus et a stantibus in

τῇ μηχανῇ πανταχόθεν καταβαλλόμενοι μέχρι μέν τινος ἀντέσχον, τελευτῶντες δὲ ὁμολογίᾳ τὴν ἀκρόπολιν ὑπέσχοντο παραδώσειν, εἰ μέτριόν τι παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ὑπαρχθείη. καὶ συνεδόκει τῶν ἔνδον Περσῶν ἕκαστον διὰ μέσου τοῦ στρατεύματος ἀσφαλῶς διαβῆναι, ῥητὸν ἀργύριον καὶ ἱμάτιον ἔχοντα, παραδοθῆναι δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν ἀκρόπολιν. οὗ δὴ γεγονότος ἄνδρες ἀφείθησαν πεντακισχίλιοι περί που τὸν ἀριθμόν, δίχα τῶν πλοίοις μικροῖς διὰ τῆς διώρυχος οἵων τε γενομένων διαφυγεῖν. συνεξῆλθε δὲ τῷ πλήθει καὶ Μομόσειρος τούτων ἡγούμενος. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τῆς ἀκροπόλεως αἱρεθείσης, ἔρευναν οἱ στρατιῶται τῶν ἐναποκειμένων ποιούμενοι σῖτόν τε ἄπλετον εὗρον καὶ ὅπλα παντοῖα καὶ μηχανήματα καὶ ἐπίπλων πλῆθος οὐ μέτριον καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς. τοῦ μὲν οὖν σίτου τὸ πλέον ἐναπετέθη τοῖς πλοίοις εἰς ἀποτροφὴν τοῦ στρατοῦ, μέρος δὲ τούτου καὶ αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς διενείμαντο, καὶ δίχα τῆς δημοσίας σιτήσεως ἧς εἶχον· τῶν δὲ ὅπλων ὅσα μὲν ἐπιτήδεια Ῥωμαίοις ἐδόκει πρὸς πόλεμον εἶναι, ταῦτα τῷ στρατοπέδῳ διεδόθη, τὰ δὲ Περσικῇ μόνον ἁρμόδια χρήσει, αὐτοῖς δὲ οὐκέτι, τὰ μὲν πυρὶ παρεδόθησαν, τὰ δὲ τῷ ποταμῷ φέρεσθαι καὶ καταδύεσθαι συνεχώρησαν. ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω τε ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. ἐφ'

7 libri μακροῖς. corr Leunclavius ex Ammiano 24 2: *nam caetera multitudo obsidium ante suspectans, navigiis* *p a r v i s* *permeato amne discessit.* 9 Ammiano *Mametsides, praesidiorum praefectus.* 19 congruentius *συνεχωρήθησαν. S:* ego antea malim *παρέδοσαν.*

machina undique deturbarentur, aliquandiu quidem illi resistebant, sed ad extremum deditionis lege se tradituros arcem spondebant, si condiciones imperator moderatas obtulisset. conventum utrinque ut, quotquot intus erant Persae, singuli per medium exercitum Romanum tuto transirent, certa pecunia et veste accepta, et imperatori arcem traderent. quo facto virorum ad quinque milia dimissi sunt, exceptis illis qui longis navigiis per alveum e flumine derivatum evadere potuerant. inter ceteros et dux eorum Momosirus exibat. arce in hunc modum capta, milites ea perquirentes quae essent in arce condita: infinitam frumenti copiam et omnis generis arma et machinas et immensam vim supellectilis apparatusque reliqui repperernnt. maior frumenti pars ad exercitus alimenta navibus imposita fuit: partem et ipsi milites, praeter annonam publicam, quam habebant, inter se dividebant. arma, quae Romanis ad bellum idonea viderentur, exercitui distributa sunt: apta vero Persico tantum usui, non Romanis militibus, partim igni tradita partim ab amne rapi demergive permissa. hinc non exigua maiestati Romani nominis accessit gloria, quod ampla civitas et secundum Ctesiphontem omnium in Assyria maxima, tamque munita, sola biduo per vim capta fuisset. quas ob

οἷς ὁ βασιλεὺς φιλοφρονούμενος τὸ στράτευμα λόγοις τε καθήκουσιν ἐτίμα καὶ ἕκαστον ἀργυροῖς ἑκατὸν νομίσμασιν ἐδωρεῖτο.

19. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐπράχθη, ὁ σουρήνας δὲ μετὰ δυνάμεως οὐκ ὀλίγης ἔκ τινος τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ πόλεων τοῖς προηγουμένοις τοῦ Ῥωμαίων στρατοπέδου κατασκοπῆς ἕνεκεν ἐπελθών, οὐ προϊδομένοις τὸ ἐσόμενον, ἕνα μὲν τῶν ἡγουμένων τριῶν ὄντων ἀνεῖλεν ἅμα τισὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων, τρέψας δὲ τοὺς ἄλλους ἐγκρατὴς ἐγένετο στρατιωτικοῦ σημείου, δράκοντος ἐκτύπωμα φέροντος, οἷα φέρειν εἰώθασιν ἐν ταῖς μάχαις Ῥωμαῖοι. τοῦτο μαθὼν οὐκ ἤνεγκε μετρίως ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ τοῖς ἀμφὶ τὸν σουρήναν ὡς εἶχεν ἐπιπεσὼν τούτων μὲν εἰς φυγὴν ἔτρεψεν ὅσοι διαφυγεῖν ἠδυνήθησαν, τὸ δὲ σημεῖον ἀναλαβὼν τὸ παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθὲν ἐπῆλθε παραχρῆμα τῇ πόλει καθ' ἣν ὁ σουρήνας ἀποκρύπτων τὸν λόχον τοῖς κατασκόποις ἐπῆλθεν, εἷλέ τε κατὰ κράτος καὶ ἐπυρπόλησε. τὸν δὲ τῶν κατασκόπων ἡγεμόνα, διότι τοῖς πολεμίοις τὸ σημεῖον ἀπέλιπε, τὴν σωτηρίαν τῆς Ῥωμαϊκῆς μεγαλοφροσύνης ἔμπροσθεν ποιησάμενος, παρέλυσέ τε τῆς ζώνης καὶ ἐν ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν εἶχεν ἅμα τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς φυγῆς.

Προελθὼν δὲ ἐπέκεινα, διά τε τοῦ ποταμοῦ τὴν πορείαν ποιούμενος, ἦλθεν εἴς τι χωρίον ᾧ πόλις ἐπλησίαζε Φισσηνία προσαγορευομένη. ταύτης τῷ τείχει συμπαρέθεε τάφρος, ἣν βαθυτάτην οὖσαν ἐπλήρωσαν ὕδατος οἱ Πέρσαι, μέρος εἰς ταύτην

6 μὲν om P. 7 τοὺς] πρὸς LP. 21 φρούριον Leunclavius.

res imperator exercitum blande demulcens et oratione convenienti laudabat, et singulis centenos nummos argenteos donabat.

19. Et haec quidem ita gesta sunt. surenas autem non exiguis cum copiis ex oppido quodam in Assyria sito Romani exercitus exploratores, qui ceteros antecedebant, imprudentes aggressus, unum de tribunis tribus cum nonnullis sub eo militibus interemit, et ceteris in fugam actis vexillo militari potitus est, draconis imaginem referente, qualia in bellis Romani gestare consueverunt. eam rem ubi cognovisset imperator, non moderato tulit animo, sed ira concitus, in surenae milites, uti forte instructus erat, irruptione facta, terga dare coegit eos qui elabi fuga poterant; et signo recepto, quod hostes abstulerant, mox ad urbem accessit, in qua surenas collocatis insidiis exploratores adortus fuerat. eam vi cepit et incendit. duci vero exploratorum, propterea quod hosti vexillum reliquisset, salute magnanimitati Romanae anteposita, cingulum ademit, et deinceps una cum iis quos fugae socios habuerat pro infami duxit.

Ulterius autem progressus, cum per amnem iter faceret, ad castellum quoddam venit; cui vicinum erat oppidum: eius nomen erat Fissenia. secundum murum illius erat acta fossa, quam sane altissimam Persae repleve-

οὐκ ὀλίγον τοῦ πλησιάζοντος μετοχετεύσαντες ποταμοῦ· βασιλέως ποταμὸς ἦν ὄνομα τούτῳ. ταύτην διαδραμόντες τὴν πόλιν (οὐδὲν γὰρ ἦν ἐκ ταύτης εὐλαβεῖσθαι πολέμιον) ὁδὸν διῄεσαν τέλματι χειροποιήτῳ διάβροχον· οἱ γὰρ Πέρσαι τήν τε διώρυχα τῇ χώρᾳ καὶ τὸν ποταμὸν αὐτὸν ἐπαφέντες ἀδύνατον κατά γε τὴν αὐτῶν οἴησιν πεποιήκασι τῷ στρατῷ τὴν διάβασιν. ἀλλ' ὅμως τοῦ βασιλέως προθέοντος καὶ ὁ στρατὸς ἠκολούθει, βρέχων ἄχρι γονάτων τοὺς πόδας· αἰσχύνην γὰρ ἡγοῦντο μὴ ποιεῖν ἅπερ ἐθεῶντο ποιοῦντα τὸν βασιλέα. ἡλίου δὲ ἤδη δύντος ὁ μὲν στρατὸς ἐπὶ τῶν τόπων ηὐλίζετο τούτων, βασιλεὺς δὲ στρατιώτας ἑαυτῷ καὶ τεχνίτας ἀκολουθεῖν ἐπιτάξας, δένδρα ἐκτέμνων καὶ ξύλα διώρυχάς τε ἐζεύγνυε, τοῖς τέλμασί τε γῆν ἐπετίθει, καὶ τὰ βαθέα τῶν ὁδῶν ἀπεπλήρου, καὶ ταῖς στενοχωρίαις εὖρος ἐνεποίει τὸ μέτριον ἔχον. ἐπανελθών τε διῆγε τὴν στρατιὰν μετὰ ῥᾳστώνης, ἕως εἰς Βίθραν ἐληλύθει πόλιν, ἐν ᾗ βασίλεια ἦν καὶ οἰκήματα βασιλεῖ τε ὁμοῦ πρὸς ὑποδοχὴν ἀρκοῦντα καὶ στρατοπέδῳ.

20. Προελθὼν δὲ ἐντεῦθεν καὶ τῶν αὐτῶν ἐχόμενος πόνων ἡγεῖτο τοῦ πλήθους καὶ τὴν ὁδὸν εὐφορωτέραν ἐποίει. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διήνεγκεν ἅπαντας, ἕως ἦλθεν εἰς τόπον ἔχοντα μὲν οἴκησιν οὐδεμίαν, ἄλσος δὲ ἐκ φοινίκων πεποιημένον, ἐν ᾧ καὶ ἄμπελοι παραπεφύκεσαν ἄχρι τῆς τῶν φοινίκων κόμης τοῖς κλήμασιν ἀνατρέχουσαι, παρέχουσαί τε ὁρᾶν τὸν ἐκ τῶν φοινίκων καρπὸν ἀναμεμιγμένον τοῖς βότρυσιν. ἐν τούτῳ τὴν ἐπελ-

1 Ammiano 24 2 *Naarmalcha*, infra p. 159 11 *Ναρμαλάχης*. 2 *παραδραμόντες?* 9 *δύνοντος* P, *δύναντος* L margo.

rant aqua, parte non exigua proximi fluminis in eam derivata. flumen ipsum regis amnis appellatur. hoc oppido praeterito, a quo nihil hostile esset metuendum, iter fecere per locum facticia palude stagnantem. nam et alveo et ipso flumine Persae regioni immisso perfecisse se putabant ut exercitus nullo modo possit transiicere. sed cursim antegresso imperatore subsequebatur exercitus, pedibus usque ad genua madefactis: nam pudore praepediebantur quo minus id facerent quod imperatorem facere videbant. ubi iam sol occidisset, exercitus in locis iis commorabatur; et imperator militibus ac fabris se subsequi iussis, caesis arboribus et tignis alveos pontibus consternebat, palustribus locis terram iniiciebat, vias profundas explebat, angusta denique loca mediocriter aperiebat. deinde reversus exercitum facile transduxit, donec ad oppidum Bithram pervenisset, quo in oppido regia cum iis aedificiis erat quae tam imperatori quam militibus excipiendis sufficerent.

20. Inde progressus, et iisdem laboribus intentus, exercitum antecedebat et viam magis tolerabilem reddebat. atque hoc modo transvexit omnes, donec ad locum venit quo nullum erat aedificium, sed lucus palmis consitus, in quo et vites erant enatae, quae palmitibus suis sursum ad ipsas usque palmarum comas excurrebant et palmulas uvis permistas conspiciendas exhibe-

θοῦσαν νύκτα διαγαγὼν ἐπὶ τὰ πρόσω τῇ ὑστεραίᾳ προῆγεν. ἐλθὼν δὲ πλησίον φρουρίου τινὸς πληγὴν καιρίαν δέχεσθαι ἐμέλλησε· τῶν γὰρ ἀπὸ τοῦ φρουρίου τις Πέρσης ἐπελθὼν τῇ τοῦ βασιλέως κεφαλῇ τὸ ξίφος ἐπήλασεν. ὃ δὲ προϊδόμενος ἐπέθηκε τὴν ἀσπίδα τῇ κεφαλῇ, καὶ ταύτῃ τὴν πληγὴν ἀπεσείσατο. ἐκεῖνον μὲν οὖν οἱ στρατιῶται συμπεσόντες κατέσφαξαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας, εἰ μήπω γέ τινες διαδύντες συνέφυγον εἰς τὸ φρούριον· δυσανασχετῶν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ τολμήματι τὸ φρούριον ἀνεσκόπει, καὶ ὅπου ἁλώσιμον εἴη περιιὼν ἐθεώρει. περὶ τοῦτο δὲ ἔχοντος αὐτοῦ, τοῖς ἐν τῷ ἄλσει τῶν φοινίκων ἐπιμείνασι στρατιώταις ὁ σουρήνας ἀπρόοπτος ἐπιφανεὶς τῶν τε ὑποζυγίων καὶ τῆς ἀποσκευῆς κρατήσειν ἤλπισε, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα τοῦτο μαθόντα πάντως ἀποστήσειν τῆς τοῦ φρουρίου πολιορκίας. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ἐν νῷ ταῦτα βαλόμενος ἀμφοτέρων διήμαρτεν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν πολλῷ τὴν τοῦ φρουρίου καθαίρεσιν ἐποιεῖτο· πόλις τε γὰρ ἐπλησίαζεν αὐτῷ Βησουχὶς ὄνομα, πολυάνθρωπος, καὶ ἄλλα φρούρια πλεῖστα, ὧν συνέβαινε τοὺς οἰκήτορας ἀπολιπόντας τὰ σφέτερα ὡς οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς σωτηρίαν εἰς τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως πολιορκούμενον συνδραμεῖν, πλὴν τῶν εἰς Κτησιφῶντα διεκφυγόντων ἢ κατὰ τὸ δασύτατον τοῦ ἄλσους ἀποκρυβέντων. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἐνίστατο τῇ πολιορκίᾳ κατὰ τὸ κρατερόν, οἱ δὲ ἀπολυθέντες ἐκ τῆς στρατιᾶς εἰς τὸ κατασκοπεῖν καὶ

4 ὃ] ἐν ᾧ LP. 14 βαλλόμενος vulgo.

bant. in hoc luco noctem insecutam cum exegisset, postridie eius diei perrexit ulterius. cumque propius ad castellum quoddam accessisset, letale vulnus accepturus erat: nam Persa quidam ex eo castello eruptione facta iam in caput imperatoris gladium adigebat, cum ille praeviso ictu capiti scutum imponeret eoque vim ictus repelleret. et hunc quidem circumfusi milites cum suis omnibus interfecerunt; nisi qui forte fuga per hostes elapsi ad castellum se contulissent. indignatus autem propter audax hoc facinus imperator castellum inspectabat, et si qua parte capi posset, circumambulans considerabat. dum huic intentus est rei, surenas eos milites qui palmarum in luco manserant adortus ex improviso, iumentis et sarcinis se potiturum sperabat, et imperatorem eadem opera, posteaquam de hoc accepisset, omnino ab oppugnatione castelli revocaturum. sed haec animo secum volvens utroque frustratus est. imperator autem magnum in expugnatione castelli momentum ponebat. nam ei proximum erat oppidum cui nomen Besuchis, sane quam populosum, cum aliis castellis plurimis, quorum incolae, relictis castellis suis veluti non satis ad tuendam salutem idoneis, in illud ipsum concurrerant, quod ab imperatore obsidebatur, exceptis iis qui Ctesiphontem evaserant, vel qua lucus esset densissimus semet abdiderant. his de causis imperator obsidionem strenue urgebat. at vero qui de reliquo exercitu di-

16. Οὐαλεντινιανὸς δὲ δόξας πως τὸν πρὸς τοὺς Γερμανοὺς πόλεμον διατιθέναι μετρίως, βαρύτατος ἦν ταῖς ἀπαιτήσεσι τῶν εἰσφορῶν σφοδρότερον ἐπικείμενος καὶ ὑπὲρ τὸ σύνηθες ταύτας εἰσπράττων. ἐποιεῖτο δὲ τούτου πρόφασιν τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης τὸ πλῆθος, ὅπερ ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐκδαπανῆσαι τὰ τῷ δημοσίῳ φυλαττόμενα χρήματα. εἰς μῖσος τοίνυν ἅπαντας ἐπὶ τούτῳ κινήσας ἔτι μεῖζον ἢ πρότερον ἐπικραίνετο, καὶ οὔτε τοὺς ἄρχοντας ἤθελεν ἐξετάζειν εἰ κέρδους ἀπέχονται, τοῖς τε ἐκ τοῦ ζῆν ἀμέμπτως ἔχουσι δόξαν ἐφθόνει, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἕτερός τις ἦν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ τῆς βασιλείας. διὰ ταῦτα καὶ Λίβυες, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν Ῥωμανοῦ πλεονεξίαν τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἔχοντος ἐν Μαυρουσίοις ἀρχήν, Φίρμῳ τὴν ἁλουργίδα δόντες ἀνέδειξαν βασιλέα. ὅπερ ἀπαγγελθὲν εἰκότως Οὐαλεντινιανὸν συνετάραξε· καὶ παραχρῆμα τάγματά τινα στρατιωτικὰ τὴν ἐν Παιονίᾳ καὶ Μυσίᾳ τῇ ἄνω καταλιπόντα φυλακὴν ἐπὶ Λιβύην ἐκπλεῦσαι προσέταξε. τούτου δὴ γενομένου Σαυρομάται καὶ Κουάδοι, καὶ πρότερον ὄντες ἔγκοτοι τῷ τὴν ἐν τούτοις ἐπιτετραμμένῳ τοῖς τόποις φυλακὴν (ἦν δὲ Κελέστιος), μετὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν εἰς Λιβύην ἀποδημίαν ἐπέθεντο Παίοσι

15 alii eum vocant *Comitem Africae;* vide Prosopograph. cod. Th.
20 ἔγκ LP, relicto pro postremis quattuor literis spatio vacuo. *S.*
21 *Κελέστιος* Ammiano *Marcellianus.*

hibita interficiebat, reliquos exsilio semet ipsos multare cogebat. et calamitas quidem ea quae culpa Theodori civitatibus accidit, hunc habuit finem.

16. Valentinianus vero, qui visus fuisset bellum adversus Germanos mediocriter administrasse, gravissimus subditis erat, tributorum exactiones acrius urgens eaque ultra consuetum morem extorquens. praetexebat autem militaris annonae magnitudinem, quae ipsum pecuniam fisco servatam coegisset expendere. quapropter odio cunctorum in se concitato, acerbior etiam quam prius erat; ac neque magistratus examinare volebat an a captandis lucris abstinerent, et gloriam ex inculpata vita nactis invidebat. denique fere alius erat et diversus ab iis moribus quos initio regni prae se tulerat. eam ob causam et Afri, non ferentes avaritiam Romani, qui apud Mauros magistri militum officio fungebatur, amictum purpura Firmum imperatorem crearunt; cuius rei nuntius allatus haud abs re Valentinianum perturbavit. ideoque confestim numeros quosdam militum, relicta Pannoniae Moesiaeque superioris custodia, in Africam navigare iussit. quo facto Sarmatae et Quadi, iam pridem illi cui credita erat horum locorum custodia (et erat is Coelestius) infensi, post militum profectionem in Africam Pannonios

τε καὶ Μυσοῖς· τοῦ γὰρ Κελεστίου τὸν τούτων ἄρχοντα πίστεσιν ἐνόρκοις παραγαγόντος, ἀνελόντος τε δόλῳ τῆς τραπέζης ἔτι προκειμένης, εἰκότως οἱ βάρβαροι τῆς ἐφόδου ταύτην ἔχοντες πρόφασιν τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον ἐλῄζοντο, πᾶν, εἴ τι τῶν πόλεων ἦν ἐκτός, διαρπάζοντες. ἀλλὰ Παίονες μὲν εἰς ἁρπαγὴν τοῖς βαρβάροις προέκειντο, τῶν στρατιωτῶν ἐκμελῶς πρὸς τὸ φυλάττειν τὰς πόλεις ἐχόντων καὶ τοῖς ἐνδοτέρω τοῦ ποταμοῦ τόποις οὐχ ἧττον ἢ οἱ βάρβαροι παρενοχλούντων· Μυσία δὲ οὐδενὸς ἐπειράθη κακοῦ, Θεοδοσίου τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος ἀνδρείως στάντος καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος, ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησάμενος ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις ἀφηγηθήσεται χρόνοις· (17) Οὐαλεντινιανὸς δὲ τὴν ἀκοὴν τῶν ἀπαγγελθέντων οὐκ ἐνεγκών, ἐκ Κελτῶν ὁρμήσας ἐπὶ τὴν Ἰλλυρίδα διέβαινε, βουλευόμενος περὶ τοῦ πρὸς Κουάδους καὶ Σαυρομάτας πολέμου. Μεροβαύδην δέ, στρατιωτικῶν ἔργων ἐμπειρίαν ἔχειν παρὰ τοὺς ἄλλους δοκοῦντα, παντὸς τοῦ στρατοπέδου προΐστησι. τοῦ δὲ χειμῶνος παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐκταθέντος, ἔστελλον πρὸς αὐτὸν οἱ Κουάδοι πρεσβείας λόγους ὑπὲρ τὸ μέτριον φέροντας, ἐφ' οἷς Οὐαλεντινιανὸς ἀγανακτήσας, καὶ ὑπὸ τῆς ἄγαν ὀργῆς παραφορᾶς οὐ πόρρω γενόμενος, αἵματος κάτωθεν ἀναχθέντος ἐπὶ τὸ στόμα συσχόντος τε τὰς τῆς φωνῆς ἀρτηρίας ἐξέλιπεν, ἐν μὲν Ἰλλυριοῖς a. 375

7 τρόποις LP. 12 c. 24. 19 malim πρεσβείαν λόγους ὑπὲρ τὸ μέτριον φέρουσαν.

et Moesos invadunt. nam quod ipsorum principem Coelestius interposita fide, sacramento confirmata, circumvenerat eumque fraude necaverat, necdum remota mensa, non abs re barbari, hanc expeditionis nacti occasionem, in vicinos Istro grassabantur, quicquid esset extra oppida, diripientes. itaque Pannonii barbarorum praedationibus erant expositi, dum milites segniter oppida defenderent et cis amnem posita loca non minus quam barbari vexarent. Moesia vero propterea nihil mali perpessa fuit, quod magister militum Theodosius viriliter obstitisset et invadentes fuga sibi consulere coegisset. unde factum ut ex hac victoria gloriam consecutus ad imperium deinceps pervenerit. sed haec suis temporibus et locis exponentur. (17) Valentinianus autem, quae nuntiata fuissent audire non sustinens, e Celtis profectus in Illyricum transiit, de bello Quadis et Sarmatis inferendo deliberans. Merobaudem, qui rei militaris peritiam supra ceteros habere videretur, toti exercitui praeficit. hieme praeter morem durante longius, Quadi per legatos ei verba quaedam modum excedentia denuntiant; ob quae indignatus Valentinianus, praeque nimia iracundia propemodum redactus ad insaniam, sanguine in os delapso, qui vocis arterias obstruebat, exstinctus est, cum

ἐννέα μῆνας, ἐλλειπουσῶν ὀλίγων ἡμερῶν, διατρίψας, εἰς δωδέκατον δὲ ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας προελθών.

18. Τούτου τελευτήσαντος ἐμπεσὼν τῷ Σιρμίῳ σκηπτὸς τὰ βασίλεια κατέφλεξε καὶ τὴν ἀγοράν, ἔδοξέ τε τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν δεινοῖς οὐκ αἴσιον τοῖς κοινοῖς πράγμασιν εἶναι τὸ τέρας. καὶ σεισμοὶ δὲ ἔν τισι συνηνέχθησαν τόποις. ἐσείσθη δὲ καὶ Valens. a. 375 Κρήτη σφοδρότερον, καὶ ἡ Πελοπόννησος μετὰ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ὥστε καὶ τὰς πολλὰς διαρρυῆναι τῶν πόλεων, πλὴν τῆς Ἀθηναίων πόλεως καὶ τῆς Ἀττικῆς. ταύτην δὲ καὶ περισωθῆναί φασιν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Νεστόριος ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἱεροφαντεῖν τεταγμένος ὄναρ ἐθεάσατο παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμᾶσθαι τιμαῖς· ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο τῇ πόλει σωτήριον. ἐπεὶ δὲ ἐκοινώσατο τοῖς ἐν τέλει τὴν ὄψιν, οἱ δὲ ληρεῖν αὐτὸν οἷα δὴ ὑπέργηρων ὄντα νομίσαντες ἐν οὐδενὶ τὸ ῥηθὲν ἐποιήσαντο, αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν λογισάμενος τὸ πρακτέον καὶ ταῖς θεοειδέσιν ἐννοίαις παιδαγωγούμενος, εἰκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἴκῳ μικρῷ δημιουργήσας ὑπέθηκε τῷ ἐν παρθενῶνι καθιδρυμένῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι, τελῶν δὲ τῇ θεῷ τὰ συνήθη κατὰ ταὐτὸν καὶ τῷ ἥρωϊ τὰ ἐγνωσμένα οἱ κατὰ θεσμὸν ἔπραττε. τούτῳ τε τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ ἐνυπνίου συμβουλῆς ἔργῳ πληρωθείσης, ἐπιβρίσαντος τοῦ σεισμοῦ μόνους Ἀθηναίους περισωθῆναι συνέβη, μετασχούσης τῶν τοῦ ἥρωος εὐεργεσιῶν καὶ πάσης τῆς Ἀττικῆς.

5 πέρας LP. 17 οἶκος μικρὸς est parvum sacellum, οἴκημα, ναΐσκος, armarium. *H.* 21 ἐπιβρύσαντος L.

in Illyrico menses novem, paucis diebus demptis, commoratus fuisset et imperii duodecimum annum attigisset.

18. Eo defuncto fulmen e caelo Sirmii delapsum regiam cum foro concremavit, visumque fuit iis quorum acria de rebus huiusmodi iudicia sunt, parum prosperum publicis rebus hoc portentum esse. terrae motus quoque nonnullis in locis acciderunt, Creta vehementius succussa cum Peloponneso reliquaque Graecia, ita ut oppida complura collaberentur, exceptis Athenis et Attica regione, quam ex huiusmodi causa conservatam perhibent. Nestorius id temporis sacrorum antistes constitutus somnium vidit, quod publicis honoribus Achillem heroa iuberet affici: hoc enim urbi salutare futurum. cum autem visum hoc cum magistratibus communicasset, atque illi rati eum delirare, qui iam senex decrepitus esset, nihili quod dictum fuerat fecissent, ipse secum ratiocinatus quid agendum esset, divinisque cogitationibus edoctus, imaginem herois exigua forma fabricatam sub Minervae simulacro, quod in virgineo conclavi collocatum est, posuit. quoties autem perageret consueta huic deae sacra, pariter et illa quae sciret heroi debita rite faciebat. atque hoc modo cum ipsa re somnii consilio satisfactum esset, terrae motu passim grassato solos Athenienses salvos evadere contigit, hisce beneficiis

ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, μαθεῖν ἔξεστι δι' ὧν ὁ φιλόσοφος Συριανὸς διεξῆλθεν, ὕμνον εἰς τοῦτον τὸν ἥρωα γράφων. ἀλλὰ ταῦτα οὐκ ἀνάρμοστα τοῖς προκειμένοις ὄντα παρέθηκα.

19. Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τελευτήσαντος ὁρῶντες οἱ ταξίαρχοι Μεροβαύδης καὶ Ἐκίτιος Οὐάλεντα καὶ Γρατιανὸν πόρρω που διατρίβοντας (ὁ μὲν γὰρ ἔτι κατὰ τὴν ἑῴαν ἦν, ὁ δὲ ἐν τοῖς ἑσπερίοις Γαλάταις παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπολελειμμένος), ὑφορώμενοι μή ποτε συμβῇ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρους ἀνάρχοις ἐπιπεσεῖν τοῖς πράγμασι, παῖδα Οὐαλεντινιανοῦ νέον, ἐκ γαμετῆς αὐτῷ τεχθέντα τῆς πρότερον Μαγνεντίῳ συνοικησάσης, οὐ πόρρω που μετὰ τῆς μητρὸς ὄντα μεταπεμψάμενοι παράγουσι μετὰ τῆς ἁλουργίδος εἰς τὰ βασίλεια, πέμπτον ἄγοντα μόλις ἐνιαυτόν. διελομένων δὲ πρὸς ἑαυτοὺς Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου τὴν βασιλείαν, ὡς ἐδόκει τοῖς περὶ αὐτοὺς τὰ πράγματα κρίνουσιν (αὐτοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς οὐκ ἦσαν κύριοι διὰ τὴν ἡλικίαν), Γρατιανῷ μὲν τὰ Κελτικὰ φῦλα καὶ Ἰβηρία πᾶσα καὶ ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἀπεκληροῦτο, Οὐαλεντινιανὸν δὲ ἐδόκει τὴν Ἰταλίαν τε καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ τὴν ὅλην ἔχειν Λιβύην.

Valens, Gratianus et Valentinianus II.

20. Οὐάλεντα δὲ τὸν βασιλέα πολλαὶ πολλαχόθεν περιειστήκεσαν πολέμων ἐπιφοραί. καὶ πρῶτον μὲν Ἴσαυροι (καλοῦσι δὲ αὐτοὺς οἱ μὲν Πισίδας, οἱ δὲ Σολύμους, ἄλλοι δὲ Κίλικας ὀρείους· τὸ δὲ ἀκριβέστερον, ἡνίκα εἰς τοὺς περὶ αὐτῶν ἀφικώ-

a. 376

5 Ἐκίτιος] Ammian. *Aequitius.* 22 ὀρίους LP: corr Leunclavius.

herois tota pariter Attica fruente. hoc autem verum esse, licet ex iis cognoscere quae Syrianus philosophus, hymnum in hunc heroa scribens, commemoravit. et haec quidem a propositis rebus haud aliena libuit adiicere.

19. Ceterum exstincto Valentiniano, cum legionum tribuni Merobaudes et Equitius Valentem et Gratianum viderunt in locis procul remotis degere, quod alter adhuc esset in Oriente, alter apud occidentales Gallos a patre relictus fuisset, veriti ne quando usu veniret ut transistriani barbari rebus principe destitutis irruerent, arcessitum minorem Valentiniani filium, natum ei de coniuge quae Magnentii prius uxor fuerat, nec procul inde cum matre degentem in regiam purpura vestitum producunt, cum vix quintum aetatis annum ageret. dividentibus imperium inter se Gratiano et Valentiniano minore, prout iis videbatur qui apud eos res moderabantur (nam principes ipsi propter aetatem sui iuris non erant); Gratiano quidem Celticae nationes et Hispania tota cum insula Brittannia attribuebantur, Valentinianum vero placuit Italiam et Illyrios et totam Africam possidere.

20. Ceterum Valentem imperatorem plures e pluribus locis irruentes bellorum fluctus circumstabant. primum Isauri (quos alii Pisidas, alii Solymos, alii Cilices montanos vocant: nos quidem accuratius de his aliquid indicabimus, ubi ad eum locum pervenerimus de iis ut dicendum sit) oppida

μεθα λόγους, δηλώσομεν) τὰς ἐν Λυκίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ πόλεις ἐπόρθουν, τειχῶν μὲν κρατεῖν οὐ δυνάμενοι, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἅπαντα διαρπάζοντες. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς ἔτι κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν διατρίβων ἔστελλεν ἐπ' αὐτοὺς ἀρκοῦσαν, ὡς ᾤετο, δύναμιν, οἱ μὲν Ἴσαυροι μετὰ τῆς λείας ἁπάσης εἰς τὰ τραχύτατα συνέφευγον τῶν ὀρῶν, οὔτε διῶξαι τῶν στρατιωτῶν δι' ἐκμέλειαν δυναμένων, οὔτε ἄλλως τὰ συμβάντα ταῖς πόλεσι δυστυχήματα θεραπεῦσαι. τούτων δὲ ὄντων ἐν τούτοις, φῦλόν τι βάρβαρον τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθικοῖς ἔθνεσιν ἐπανέστη, πρότερον μὲν οὐκ ἐγνωσμένον, τότε δὲ ἐξαίφνης ἀναφανέν. Οὕννους δὲ τούτους ἐκάλουν, εἴτε βασιλείους αὐτοὺς ὀνομάζειν προσήκει Σκύθας, εἴτε οὓς Ἡρόδοτός φησι παροικεῖν τὸν Ἴστρον σιμοὺς καὶ ἀσθενέας ἀνθρώπους, εἴτε ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διέβησαν· καὶ τοῦτο γὰρ εὗρον ἱστορημένον, ὡς ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ Ταναΐδος καταφερομένης ἰλύος ὁ Κιμμέριος ἀπογαιωθεὶς Βόσπορος ἐνέδωκεν αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην πεζῇ διαβῆναι. παρελθόντες δὲ ὅμως τοῖς ἵπποις καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ οἷς ἐπεφέροντο, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἐπῄεσαν Σκύθαις, μάχην μὲν σταδίαν οὔτε δυνάμενοι τὸ παράπαν οὔτε εἰδότες ἐπαγαγεῖν (πῶς γὰρ οἱ μήτε εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἷοί τε ὄντες ἑδραίως, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ διαιτώμενοι καὶ καθεύδοντες), περιελάσεσι δὲ καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαίροις ἀναχωρήσεσιν, ἐκ τῶν ἵππων κατατοξεύοντες, ἄπειρον τῶν Σκυθῶν εἰργά-

20 μηδὲ?

Lyciae Pamphyliaeque vastabant, cum moenibus potiri non possent, sed omnia sub dio sita diriperent. imperatore vero, qui adhuc haerebat Antiochiae, satis magnas, ut ipse putabat, in eos mittente copias, Isauri cum universa praeda in montes asperrimos confugiebant, militibus ob segnitiem nec persequi eos valentibus, nec alia ratione casibus oppidorum adversis mederi. cum haec ab illis ita gererentur, natio quaedam barbara transistrianas gentes Scythicas est adorta, prius illa quidem incognita, sed quae subito tum temporis emersit. eos appellabant Hunnos, sive adeo regii Scythae nuncupandi sunt, sive quos ait Herodotus Istri accolas esse, homines simos et imbelles, sive denique in Europam ex Asia transiecere. nam et hoc memoriae proditum in historiis repperi, e limo, quem Tanais devehit, Cimmerium Bosporum ad terrae formam redactum facultatem eis praebuisse terrestri ex Asia in Europam itinere transeundi. utut sese res habeat, profecti cum equis et uxoribus et liberis et iis rebus quas secum vehebant, habitantes super Istrum Scythas invaserunt. ac stataria quidem pugna prorsus neque poterant neque norant hostem aggredi (quo enim id pacto? qui ne in terram quidem firmiter pedes defigere poterant, sed in equis et haerebant interdiu et somnum capiebant) sed partim circumequitando, partim excurrendo, partim opportune retrocedendo et ex equis iaculando, immensam

σαντο φόνον. τοῦτο συνεχῶς ποιοῦντες εἰς τοῦτο τὸ Σκυθικὸν περιέστησαν τύχης ὥστε τοὺς περιλελειμμένους, ὧν εἶχον ἐκστάντας οἰκήσεων, ἐκδοῦναι μὲν τοῖς Οὔννοις ταύτας οἰκεῖν, αὐτοὶ δὲ φεύγοντες ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην διαβῆναι τοῦ Ἴστρου, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντες ἱκετεύειν δεχθῆναι παρὰ βασιλέως, ὑπισχνεῖσθαί τε πληρώσειν ἔργον αὐτῷ συμμάχων πιστῶν καὶ βεβαίων. τῶν δὲ τὰς ἐπὶ τοῦ Ἴστρου πόλεις φρουρεῖν τεταγμένων εἰς τὴν τοῦ βασιλεύοντος γνώμην ἀναβαλλομένων τὰ περὶ τούτου, δέχεσθαι τούτους Οὐάλης ἐπέτρεπε πρότερον ἀποθεμένους τὰ ὅπλα. τῶν δὲ ταξιάρχων, καὶ ὅσοι στρατιωτῶν ἡγεμονίαν εἶχον, διαβάντων μὲν ἐφ' ᾧτε ὅπλων δίχα τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια διαπέμψαι, μηδενὸς δὲ γενομένου ἑτέρου πλὴν γυναικῶν εὐπροσώπων ἐπιλογῆς καὶ παίδων ὡραίων εἰς αἰσχρότητα θήρας ἢ οἰκετῶν ἢ γεωργῶν κτήσεως, οἷς τισὶ μόνοις προσσχόντες τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς κοινὸν ὄφελος ἔφερον ὑπερεῖδον, ὥστε ἀμέλει μετὰ τῶν ὅπλων ἔλαθον οἱ πλείους περαιωθέντες. καὶ ἅμα τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους γῆς ἐπιβάντες οὔτε ἱκεσιῶν οὔτε ὅρκων ἐμνήσθησαν, ἀλλ' ἡ Θρᾴκη τε ἅπασα καὶ ἡ Παιονία καὶ τὰ μέχρι Μακεδονίας καὶ Θετταλίας ἐπληροῦντο βαρβάρων τὰ προσπεσόντα ληϊζομένων. (21) κινδύνου δὲ τοῖς ταύτῃ πράγμασιν ἐπικειμένου a. 377 μεγίστου, δραμόντες ἐπὶ βασιλέα το συμβὰν ἀπαγγέλλουσιν. ὁ δὲ τὰ πρὸς Πέρσας ὡς ἐνῆν διαθέμενος, ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας

11 ἐφ' ὅτε L. 18 Παιονία] forsan Μυσία. R.

Scytharum caedem edebant. quod cum frequenter facerent, nationem Scythicam ad eam fortunam redegerunt, ut superstites domiciliis suis relictis Hunnis ea traderent incolenda, ipsi fugam capessentes in adversam Istri ripam transiicerent, erectisque manibus supplices ab imperatore se recipi peterent, simulque pollicerentur officio se fidorum et constantium sociorum functuros. eam rem cum praesidiis oppidorum ad Istrum praefecti eo usque differrent, dum de voluntate principis cognitum fuisset, Valens uti reciperentur armis prius depositis permisit. itaque tribuni legionum militumque duces transiiciebant illi quidem, ut absque armis barbaros in fines Romanos deducerent: verum nihil agebant aliud quam quod elegantis formae mulieres deligerent, et pueros formosos ad usum obscenum venarentur, aut calones agricolasve compararent; quibus solis intenti cetera publicam ad utilitatem spectantia negligebant. unde fiebat ut complures clam cum armis transvecti ignorarentur; qui simul atque solum Romanum ingressi fuissent, neque precum illarum supplicum neque sacramentorum recordabantur, sed universam Thraciam cum Pannonia et pertinentibus ad Macedoniam et Thessaliam usque regionibus complevere barbari, quaevis oblata sibi diripientes. (21) cum autem rebus eorum locorum maximum immineret periculum, principem adeuntes quid accidisset nuntiant. ille negotiis Persicis, quemadmodum sane

διαδραμὼν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἧκε, κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει, τὸν πρὸς τοὺς αὐτομόλους Σκύθας ἀγωνισόμενος πόλεμον. ἐξιόντι δὲ τῷ στρατοπέδῳ καὶ αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ τέρας ὤφθη τοιόνδε. ἀνθρώπου τι σκῆνος ἐφάνη κατὰ τὴν ὁδὸν κείμενον, τὸ μὲν ἄλλο ἅπαν ἀκίνητον καὶ ἀπὸ κεφαλῆς μεμαστιγωμένῳ ἄχρι ποδῶν ἐοικός, μόνους δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεῳγμένους ἔχον, ἐμβλέποντας τοῖς πλησιάζουσιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐρωτῶσι τίς τε εἴη καὶ πόθεν, ἢ παρὰ τίνος ταῦτα πάθοι, παντάπασιν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, τερατῶδες εἶναι νομίσαντες ἐπέδειξαν καὶ τῷ βασιλεῖ παριόντι. τοῦ δὲ τὰς αὐτὰς πεύσεις προσαγαγόντος οὐδὲν ἧττον ἄφωνος ἦν, οὔτε ζῆν νομισθεὶς διὰ τὸ πᾶν τὸ σῶμα ἀκίνητος εἶναι, οὔτε τεθνάναι τελέως, ἐπειδὴ ἐρρῶσθαι τὸ βλέμμα ἐδόκει. καὶ γέγονεν ἀφανὲς ἄφνω τὸ τέρας. τῶν οὖν περιεστώτων περὶ τὸ πρακτέον ἀπορουμένων συνέβαλλον οἱ τὰ τοιαῦτα ἐξηγεῖσθαι δεινοὶ τὴν ἐσομένην προμηνύειν τῆς πολιτείας κατάστασιν, ὅτι τε πληττόμενα καὶ μαστιγούμενα διατελέσει τὰ πράγματα, ψυχορραγοῦσιν ἐοικότα, μέχρις ἂν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ ἐπιτροπευόντων κακίᾳ τελέως φθαρείη. τοῦτο μὲν οὖν, ἐπιόντων ἡμῶν τὰ καθ' ἕκαστα, σὺν ἀληθείᾳ φανήσεται προαγορευθέν· (22) ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης ληϊζομένους ἤδη τὴν Θρᾴκην πᾶσαν τοὺς Σκύθας θεώμενος, ἔγνω τοὺς ἐκ τῆς ἑῴας σὺν αὐτῷ παραγενομένους καὶ μάχεσθαι μεθ' ἵππων ἐμπειροτάτους τῇ τῶν Σκυθῶν ἵππῳ πρό-

5 ἀκίνητον R pro vulgato εὐκίνητον. 10 καρόντι P. 18 ταχέως L margo.

poterat, compositis, Antiochia cursim iter emensus Cpolim abit, atque inde pergit in Thraciam, bellum adversus Scythas illos transfugas gesturus. egressus autem exercitus et ipse princeps huiusmodi portentum conspexere. corpus quoddam hominis in via iacens visum fuit, cetera quidem prorsus immobile, verberibusque caeso a capite ad pedes usque consimile, verum oculos tantum apertos habens, qui propius accedentes intueerentur. cum autem interrogantibus quis esset et unde, tum a quo istaec perpessus fuisset, nihil omnino responderet, prodigiosum quiddam rati etiam praetereunti principi commonstrant. cum is de rebus iisdem interrogasset, nihilominus mutus erat, nec existimatus vivere, quod universum corpus expers esset motus, nec integre mortuus, quando incolumes oculi esse viderentur. tandem subito portentum hoc evanuit. itaque cum ii qui circumstabant, quid agendum esset ambigerent, homines in exponendis talibus ingeniosi statum rei publicae futurum portendi dicebant, quodque duratura esset rerum caesarum et flagris confectarum facies, animam exhalantibus similis, donec magistratuum et administrantium improbitate prorsus interiisset. atque haec nobis singula perlustrantibus vere praedictum apparebit. (22) Valens autem imperator, qui iam Scythas universam Thraciam depopulari cerneret, statuit eos quos ex Oriente secum adduxerat, ex equis pugnandi peritissimos, in equitatum Scy-

τερον ἐπιπέμψαι. λαβόντες οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ σύνθημα κατ' ὀλίγους τῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πυλῶν ἐξῄεσαν, καὶ τοὺς ἐκλείποντας Σκυθῶν τοῖς κοντοῖς πειρονῶντες πολλῶν ἡμέρας ἑκάστης ἔφερον κεφαλάς. ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν ἵππων ταχυτὴς καὶ ἡ τῶν κοντῶν ἐπιφορὰ δύσμαχος εἶναι τοῖς Σκύθαις ἐδόκει, καταστρατηγῆσαι τὸ Σαρρακηνικὸν διενοήθησαν φῦλον. ἐνέδραν τινὰ κοίλοις ἐναποκρύψαντες τόποις τρεῖς ἑνὶ Σκύθας ἐπιέναι συνεῖδον Σαρρακηνῷ. καὶ ταύτης διαμαρτόντες τῆς πείρας, τῶν Σαρρακηνῶν διὰ τὸ τῶν σφετέρων ἵππων ταχὺ καὶ εὐάγωγον κατ' ἐξουσίαν ἀποφευγόντων, ἡνίκα ἂν πλῆθος ἐπιὸν ἴδοιεν, ἐπελαυνόντων δὲ σχολαίοις καὶ τοῖς κοντοῖς ἀναιρούντων, τοσοῦτος ἐγένετο Σκυθῶν φόνος ὥστε ἀπαγορεύσαντας αὐτοὺς ἐθελῆσαι περαιωθῆναι τὸν Ἴστρον καὶ σφᾶς ἐκδοῦναι τοῖς Οὔννοις μᾶλλον ἢ ὑπὸ Σαρρακηνῶν πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. καταλιπόντων δὲ αὐτῶν τοὺς περὶ Κωνσταντίνου τὴν πόλιν τόπους καὶ πορρωτέρω προελθόντων, γέγονεν εὐρυχωρία τῷ βασιλεῖ παραγαγεῖν εἰς τὸ πρόσω τὸ στράτευμα.

Σκοπουμένου δὲ αὐτοῦ τίνι δέοι τρόπῳ διαθεῖναι τὸν πόλεμον πλήθους ἐπικειμένου τοσούτου βαρβάρων, καὶ ἅμα τῇ τῶν ἀρχόντων βαρυνομένου κακίᾳ, καὶ παραλῦσαι μὲν αὐτοὺς διὰ τὸν περιέχοντα τὰ πράγματα σάλον ὀκνοῦντος, ἀποροῦντος δὲ τίσι τὰς ἡγεμονίας παραδοῦναι προσήκει μηδενὸς ἀξιόχρεω φαινομέ-

1 σύνθεμα LP. 2 ἐπεξῄεσαν P. rectius ὑπεξῄεσαν. S.
10 ἂν] δ' ἂν LP. cf. ἔνθα δ' ἂν p. 179 3.

thicum prius immittere. quapropter accepta illi a principe tessera exiguo numero alii post alios extra Cpolis portas egrediebantur, et remotos a suis Scythas contis transfigentes multorum capita quotidie afferebant. et quoniam equorum celeritas ictusque contorum Scythis perquam difficulter posse superari videbantur, astu nationem Sarracenicam circumvenire statuerunt. itaque depressis in locis abditis insidiis, tres Scythas unum Sarracenum adoriri placuit; qui sane dolus eis non successit, Sarracenis ob equorum suorum velocitatem et agilitatem pro lubitu aufugientibus, quoties multitudinem aliquam adventare cernerent. iidem si tardiores adactis equis invaderent eosque contis interimerent, tanta Scytharum caedes edebatur, ut Istrum re desperata transmittere mallent et Hunnis se potius dedere, quam a Sarracenis ad internecionem deleri. cumque vicina Cpoli loca deseruissent et ulterius essent progressi, spatium imperatori datum est copias suas longius promovendi.

Considerante autem ipso quo pacto bellum hoc gerendum esset tanta multitudine barbarorum imminente, cum pariter et improbitas magistratuum ei molestiam exhiberet, quibus imperium abrogare verebatur propter eam tempestatem qua tum res agitabantur, et quinam praeficiendi muneribus essent, quibus parem et idoneum videre erat neminem, ambigeret, Sebastia-

νου, καταλιπὼν Σεβαστιανὸς τὴν ἑσπέραν οἷα τῶν αὐτόθι βασιλέων διὰ νεότητα φρονεῖν ταὐτὰ πρὸς ἑαυτοὺς οὐκ ἀνεχομένων, ἀλλὰ ἐκδόντων ἑαυτοὺς εὐνούχων ἐπὶ τῷ κοιτῶνι τεταγμένων διαβολαῖς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο. (23) τοῦτο μαθὼν Οὐάλης, καὶ τὰς ἐν πολέμοις καὶ τῇ πάσῃ πολιτείᾳ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς ἐπιστάμενος, αἱρεῖται στρατηγὸν αὐτὸν καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ παντὸς πιστεύει πολέμου. ὁ δὲ πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένον καὶ παντάπασιν ἐκμελὲς τῶν ταξιάρχων καὶ στρατιωτῶν ἀφορῶν, καὶ ὡς εἰς φυγὴν μόνον εἰσὶ γεγυμνασμένοι καὶ γυναικώδεις καὶ ἀθλίας εὐχάς, δισχιλίους ᾔτησεν, οὓς ἂν ἕλοιτο, δοθῆναι στρατιώτας αὐτῷ· πλήθους γὰρ ἡγεῖσθαι χαύνως ἠγμένων ἀνθρώπων μὴ ῥᾴδιον εἶναι, παιδαγωγῆσαι δὲ ὀλίγους καὶ εἰς τὸ ἀρρενωπὸν ἐκ τοῦ θήλεος ἀναγαγεῖν οὐ σφόδρα δύσκολον εἶναι, καὶ ἄλλως δὲ λυσιτελὲς μᾶλλον ἐν ὀλίγοις ἢ παντὶ κινδυνεύειν τῷ πλήθει. πείθει ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα, καὶ λαβὼν αἵρεσιν οὐκ ἐκ τῶν ἐντεθραμμένων δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένων οὓς ᾔτησεν εἵλετο, νεωστὶ δέ τινας ἐναριθμηθέντας τῷ στρατοπέδῳ καὶ σώματος ἀνατρέχοντας εὐφυΐᾳ καὶ προσέτι γε τῷ φύσει τεκμαίρεσθαι δυναμένῳ φαινομένους εἰς ὅπερ ἠρέθησαν ἱκανούς. αὐτόθεν οὖν ἑκάστου τῆς φύσεως ἐπειρᾶτο, καὶ τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ τὸ ἐνδέον ἐπλήρου, πειθομένους μὲν ἐπαινῶν καὶ δωρεαῖς ἀμειβόμενος, ἀπειθοῦσι δὲ σφοδρὸς καὶ ἀπαραίτητος εἶναι δοκῶν.

2 ταὐτὰ R: libri ταῦτα. 19 ἠρέθησαν S: ἠρέθισαν L, ἠρεθίσαι P.

nus Occidente relicto, quod istic qui erant imperatores, ob imbecillitatem aetatis inter se concordes esse non possent, sed eunuchorum cubiculis praefectorum calumniis totos se traderent, Cpolim venit. (23) ea re cognita Valens, qui huius viri tam in bellis quam administranda universa re publica virtutes norat, Sebastianum praetorem copiarum eligit, eiusque fidei totius belli gerendi munus committit. is ad mollitiem summamque socordiam tribunorum atque militum respiciens, et quod ad fugam et muliebria miseraque vota duntaxat exercitati essent, duo milia militum, quos ipse deligeret, sibi dari petiit. existimabat enim non esse facile multitudini hominum praeesse, qui dissolute gubernati fuissent; at instituere paucos et a moribus effeminatis ad viriles traducere non admodum esse difficile. magis et alioquin expedire, si fiat in paucis potius quam in universa multitudine periculum. haec dicens imperatori persuadet; electionemque nactus non eos sibi sumit qui essent innutriti formidini et ad capessendam fugam exercitati, sed quosdam recens adscriptos exercitui, corporisque dotibus egregiis a natura praeditos, et qui praeterea coniectandi perito viderentur, ad quodcunque facinus incitarentur, idonei futuri. confestim igitur cuiusque naturam explorat, et exercitatione frequenti quod deerat supplet, dicto audientes collaudans ac muneribus afficiens, in alios inobedientes ita se gerens ut acerbus et inexorabi-

οὕτω δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν ἐπιστήμην ἀσκήσας τὰς μὲν τειχήρεις κατελάμβανε πόλεις, τῆς ἀσφαλείας ὅτι μάλιστα τοῦ στρατοπέδου ποιούμενος λόγον, ἐνέδραις δὲ συνεχέσι τοῖς προνομεύουσι τῶν βαρβάρων ἐπῄει, καὶ νῦν μὲν τῷ πλήθει τῶν λαφύρων εὑρίσκων βαρυνομένους ἀνῄρει, τῆς λείας γενόμενος κύριος, νῦν δὲ μεθύοντας, ἄλλους δὲ τῷ ποταμῷ λουομένους ἀπέσφαζεν. ὡς δὲ τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων τοῖς τοιούτοις στρατηγήμασιν ἐδαπάνησε μέρος, καὶ τὸ λειπόμενον δέει τοῦ στρατηγοῦ τοῦ προνομεύειν ἀπέσχετο, φθόνος ἐξανίσταται κατ᾽ αὐτοῦ μέγιστος. οὗτος δὲ ἔτικτε μῖσος, ἐντεῦθέν τε διαβολαὶ πρὸς τὸν βασιλέα, τῶν τοῦ ἄρχειν ἐκπεπτωκότων τοὺς κατὰ τὴν αὐλὴν εὐνούχους παρορμώντων εἰς τοῦτο. οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως εἰς ἄλογον ὑποψίαν παρατραπέντος, Σεβαστιανὸς μὲν ἐδήλου κατὰ χώραν μένειν τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ περαιτέρω προβαίνειν· οὐδὲ γὰρ εἶναι ῥᾷστον πλήθει τοσούτῳ πόλεμον ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπάγειν, ἀλλ᾽ ἐκ περιδρομῆς καὶ λαθραίαις ἐπιθέσεσι τρίβειν τὸν χρόνον, ἕως ἂν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπειπόντες ἢ παραδοῖεν αὐτούς, ἢ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους χωρίων ἀναχωρήσαιεν, τοῖς Οὔννοις ἐκδιδόντες τὸ καθ᾽ ἑαυτοὺς μᾶλλον ἢ τοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ συμβαίνειν εἰωθόσιν οἰκτροτάτοις ὀλέθροις. (24) ἀλλ᾽ ἐκείνου ταῦτα παραινοῦντος, a. 378
οἱ τἀναντία σπουδάζοντες ἐξιέναι μᾶλλον τὸν βασιλέα πανστρατιᾷ παρεκάλουν ἐπὶ τὸν πόλεμον ὡς ἤδη τῶν βαρβάρων ὡς ἐπίπαν ἀπολωλότων καὶ ἀκονιτὶ τοῦ βασιλέως τῇ νίκῃ παρισταμένου.

18 Ῥωμαίων L. 19 πολέμου L.

lis esse videretur. hoc modo suis ad omnem disciplinam bellicam exercitis in oppida moenibus cincta se recipit, eius inprimis ratione habita, ut in tuto esset exercitus. simul continuis insidiis barbaros pabulatum egressos adoritur, ac modo copia spoliorum onustos inveniens, praeda suam in potestatem redacta trucidat, modo temulentos, quosdam et lavantes in flumine, iugulat. cum magnam barbarorum partem huiusmodi stratagematis delevisset, ac reliqui metu ducis a pabulando se continerent, maxima quaedam adversus eum invidia nata est. ea vero peperit odium; unde criminationes erga principem oriebantur, ab iis profectae quibus erant abrogata imperia, quique spadones aulicos ad hoc incitabant. cum hoc modo imperator ad absurdam suspicionem improbe fuisset impulsus, Sebastianus ei significat ut suo loco maneret nec ulterius progrederetur: non enim in proclivi esse tanta cum multitudine aperto Marte congredi, sed per circuitus et clandestinis aggressionibus tantisper extrahendum esse tempus, donec inopia commeatus desperatis rebus vel se dederent, vel ex dicione populi Romani abirent atque Hunnis se potius permitterent quam miserrimis cladibus, quae famem comitari soleant. (24) verum haec illo monente, qui contrariarum partium erant imperatorem hortantur, ad bellum potius universo cum exercitu egrederetur, quasi barbaris iam maiori ex parte deletis sine labore princeps ad victoriam accessu-

κρατησάσης δὲ τῆς χείρονος γνώμης, ἐπειδὴ πρὸς τὸ χεῖρον ἦγεν ἡ τύχη τὰ πράγματα, τὸν στρατὸν ἅπαντα σὺν οὐδενὶ κόσμῳ πρὸς τὴν μάχην ἐξῆγεν ὁ βασιλεύς. οἷς ἀπαντήσαντες ἀπροφασίστως οἱ βάρβαροι, καὶ παρὰ πολὺ τῇ μάχῃ κρατήσαντες, μικροῦ μὲν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν· σὺν ὀλίγοις δὲ πεφευγότος εἴς τινα κώμην τοῦ βασιλέως, οὐκ οὖσαν τειχήρη, περιθέντες ὕλην πανταχόθεν τῇ κώμῃ καὶ πῦρ ἐνέντες τοὺς ἐν αὐτῇ συμφυγόντας μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐνέπρησαν, ὡς μηδὲ τῷ τοῦ βασιλέως σώματι δυνηθῆναί τινα παντάπασιν ἐπιστῆναι.

Gratianus et Valentinianus II.

Τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος, Βίκτωρ ὁ τοῦ Ῥωμαίων ἡγούμενος ἱππικοῦ, τὸν κίνδυνον ἅμα τισὶν ἱππεῦσι διαφυγών, ἐπὶ Μακεδονίαν τε καὶ Θεσσαλίαν ἐλάσας κἀκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παίονας ἀναδραμών, αὐτόθι διατρίβοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλει καὶ τὴν τοῦ στρατοπέδου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. ὁ δὲ οὐ σφόδρα μὲν λυπηρῶς τὴν τοῦ θείου τελευτὴν ἤνεγκεν (ἦν γάρ τις ὑποψία πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς), ὁρῶν δὲ αὑτὸν οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς τὴν διοίκησιν, Θρᾴκης μὲν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταύτῃ βαρβάρων κατεχομένης καὶ τῶν περὶ Μυσίαν καὶ Παιονίαν τόπων ὑπὸ τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἐνοχλουμένων, τῶν δὲ περὶ τὸν Ῥῆνον ἐθνῶν ἀκωλύτως ταῖς πόλεσιν ἐπιόντων, αἱρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον, ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Καλλαικίας, πόλεως δὲ Καύκας ὁρμώμενον, ὄντα δὲ οὐκ ἀπόλεμον οὐδὲ ἀρχῆς στρατιωτικῆς ἄπειρον.

Gratianus, Valentinianus II et Theodosius a. 379

22 Καλλεγίας LP. δὲ add P.

rus esset. cum autem sententia deterior vicisset fortuna res in peius agente, copias universas imperator ad pugnam nullo producit ordine; quibus ubi barbari absque tergiversatione occurrissent ac proelio longe superiores essent, propemodum universos ad internecionem deleverunt. imperatore vero fuga cum paucis in vicum quendam elapso nullis cinctum moenibus, ab omni parte vico materie circumdato igneque immisso, quotquot eo confugerant, una cum incolis concremarunt, ita ut ne ad corpus quidem imperatoris omnino quisquam pervenire posset.

Rebus ad spem minutissimam redactis dux equitatus Romani Victor, e periculo cum nonnullis equitibus elapsus, cum in Macedoniam Thessaliamque contendisset atque inde ad Moesos et Pannonios excurrisset, Gratiano in iis locis commoranti rem, uti accidisset, nuntiat, itemque tam exercitus quam imperatoris interitum. ille non admodum maesto patrui caedem animo tulit, quod inter eos suspicio quaedam intercederet. sed quia videbat se rebus administrandis non sufficere, Thracia quidem a barbaris, qui eam invaserant, occupata, Moesiae vero Pannoniaeque locis ab haerentibus ibidem barbaris vexatis, Rhenanis denique nationibus urbes citra cuiusquam impedimentum infestantibus, imperii consortem Theodosium deligit, oriundum ex oppido Hispanicae Callaeciae Cauca, hominem bellicosum et imperii militaris haud

ἐπιστήσας δὲ τοῖς κατὰ Θρᾴκην αὐτὸν καὶ τὴν ἑῴαν πράγμασιν αὐτὸς ἐπὶ Γαλάτας τοὺς ἑσπερίους ἐχώρει, τὰ αὐτόθι διαθήσων, εἰ οἷός τε γένοιτο.

25. Θεοδοσίου δὲ τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην διατρίβοντος, πολλοὶ πανταχόθεν κατὰ κοινὰς καὶ ἰδίας συρρέοντες χρείας τῶν προσηκόντων τυγχάνοντες ἀπηλλάττοντο. πλήθους δὲ πολλοῦ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν, Γότθων λέγω καὶ Ταϊ- a. 380 φάλων καὶ ὅσα τούτοις ἦν ὁμοδίαιτα πρότερον ἔθνη, περαιωθέντων καὶ ταῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὔσαις πόλεσιν ἐνοχλεῖν ἀναγκαζομένων διὰ τὸ πλῆθος Οὔννων τὰ παρ᾽ αὐτῶν οἰκούμενα κατασχεῖν, ὁ μὲν βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐς πόλεμον πανστρατιᾷ παρεσκευάζετο· πάσης δὲ τῆς Θρᾴκης ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν ἤδη κατειλημμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν πόλεων καὶ τῶν αὐτόθι φρουρίων οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ θαρρούντων ἔξω τῶν τειχῶν προελθεῖν, μήτι γε καὶ ἐν τοῖς ὑπαίθροις εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Μοδάρης ὢν μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν γένους, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσας καὶ δι᾽ ἣν ἐπεδείξατο πίστιν στρατιωτικῆς προβεβλημένος ἀρχῆς, ἐπί τινος ἀναβιβάσας λόφου τοὺς στρατιώτας, ὁμαλοῦ μὲν καὶ γεώδους, ἐκτεινομένου δὲ εἰς μῆκος καὶ πεδία μέγιστα ὑποκείμενα ἔχοντος, ἔλαθε μὲν τοὺς βαρβάρους τοῦτο πεποιηκώς, ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν κατασκόπων ἔγνω πάντας ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῷ λόφῳ πεδίοις τοὺς πολεμίους ἀποχρησαμένους τῇ κατὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς ἀτειχίστους κώμας εὐ-

23 ἀτείχους P, ea forma qua εὔτειχος et εὔξιφος apud Apollonium grammaticum. *S.*

ignarum. hoc Thraciae rebus et Orienti praefecto ipse ad occidentales Gallos tendit, ut eorum locorum res, si posset, componeret.

25. Dum imperator hic Theodosius Thessalonicae commoratur, multi propter publicas et privatas necessitates illuc undique confluentes, impetratis ab eo quae par erat, discedebant. cum autem ingentes copiae transistrianorum Scytharum, Gothorum inquam et Taifalorum et aliarum gentium, quae prius inter hos vivere solebant, flumen transiecissent, et oppidis Romanae dicionis propterea graves esse cogerentur, quod Hunnorum multitudo terras ab ipsis habitatas occupasset, Theodosius imperator ad bellum gerendum universis se cum copiis parabat. tota vero ab iis nationibus quas diximus occupata Thracia, et oppidorum in illis locis castellorumque praesidiariis ne paulum quidem extra munitiones progredi audentibus, nedum ut apertis in locis manus consererent, Modares, e regio Scytharum genere oriundus, qui non multo ante transfugerat ad Romanos et propter fidelem Romanis navatam operam magisterium militum fuerat adeptus, cum milites in collem quendam duxisset, planum quidem illum et arvo similem, sed qui porrigeretur in longum et amplissimos campos sibi subiectos haberet, ibidem, barbaris id ab eo factum ignorantibus, haerebat. cum autem per exploratores intellexisset universos in campis colli subiectis hostes, abusos annona quam in agris et

ρεθείσῃ τροφῇ κεῖσθαι μεθύοντας, ἡσυχῇ παραγγέλλει τοὺς στρατιώτας ξίφη μόνα καὶ ἀσπίδας ἐπικομιζομένους, μείζονος δὲ ἢ βαρυτέρας ὑπεριδόντας ὁπλίσεως καὶ τοὺς συνασπισμοὺς τοὺς συνήθεις ἐάσαντας, ἐπελθεῖν τοῖς βαρβάροις ἤδη τῇ τρυφῇ παρειμένοις· οὗπερ γεγενημένου βραχύ τι τῆς ἡμέρας ἐπιθέμενοι τοῖς βαρβάροις οἱ στρατιῶται πάντας κατέσφαξαν, τοὺς μὲν οὐδὲ αἰσθανομένους, τοὺς δὲ ἅμα τῇ αἰσθήσει τρωθέντας, καὶ ἄλλους ἄλλοις θανάτου τρόποις ἀναιρεθέντας. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὑπελείφθη, τοὺς μὲν πεσόντας ἐσκύλευον, ἐπὶ δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ὁρμήσαντες ἁμάξας μὲν εἷλον τετρακισχιλίας, αἰχμαλώτους δὲ ὅσους ἦν εἰκὸς ἐπὶ τοσούτων ἁμαξῶν φέρεσθαι, δίχα τῶν βάδην ταύταις ἀκολουθούντων καὶ ἐξ ἀμοιβῆς, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, τὰς ἀναπαύσεις ἐπ' αὐτῶν ποιουμένων. οὕτω τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης πορισθεῖσι τοῦ στρατοῦ χρησαμένου, τὰ μὲν τῆς Θρᾴκης, εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ἐλάσειν κινδυνεύσαντα, τέως ἦν ἐν ἡσυχίᾳ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν ἐν ταύτῃ βαρβάρων ἀπολομένων.

26. Τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν οὐ πόρρω γέγονε παντελοῦς ἀπωλείας ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν Οὔννων, ὃν τρόπον διεξῆλθον, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἔθνεσιν ἐπελθόντων, οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Σκύθαι τὰς τούτων ἐφόδους Οὐάλεντος τηνικαῦτα βασιλεύοντος ἐδεήθησαν κατὰ τὴν Θρᾴκην δέξασθαι αὐτούς, συμμάχων τε καὶ ὑπηκόων πληρώσοντας χρείαν, ὑπηρετησομέ-

10 τετρακισχιλίους vulgo.

vicis non munitis reppererant, vino iacere obrutos, tacite militibus imperat ut gladios duntaxat et scuta ferentes, armis maioribus gravioribusve posthabitis consuetisque scutorum condensationibus omissis, barbaros iam luxu solutos invaderent. quod ubi factum esset, perexiguo diei tempore barbaros adorti milites universos interfecerunt, cum quosdam nihil sentientes, quosdam inter sentiendum vulnerassent, et aliis alios mortis generibus interemissent. cum nulli iam viri superessent, mortuos spoliant, et mulieres ac pueros aggressi quattuor plaustrorum milia capiunt cum tot mancipiis quot erat consentaneum tot vehi curribus, praeter eos qui pedites plaustra comitabantur ac per vices, ut fieri consuevit, in plaustris quiescendo se recreabant. ita cum iis quae fors fortuna obtulerat usus esset exercitus, res Thraciae, in extremo periculo exitii constitutae, tum quidem in tranquillo erant, barbaris in ea praeter omnem spem deletis.

26. Orientis autem res ex huiusmodi causa parum aberat quin prorsus interirent. Hunnis eo modo quo diximus transistrianas gentes aggressis, cum impressiones illorum Scythae sustinere non possent, Valentem id temporis rerum potientem obsecrarunt ut se per Thraciam reciperet, sociorum et subditorum facturos officium, et obsecuturos in rebus omnibus quas prin-

νους δὲ πᾶσιν οἷς ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπιτάξειε. τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ὁ Οὐάλης δέχεται μὲν αὐτούς, οἰηθεὶς δὲ τῆς αὐτῶν πίστεως ἐχέγγυον ἀσφάλειαν ἕξειν εἰ τοὺς αὐτῶν παῖδας εἰς ἥβην a. 378 *οὔπω προελθόντας ἐν ἑτέρᾳ που διαιτᾶσθαι παρασκευάσειε χώρᾳ, πλῆθος πολύ τι παιδαρίων εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμψας Ἰούλιον ἐπέστησε τῇ τούτων ἀνατροφῇ τε καὶ φυλακῇ, τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἑκάτερον ἀρκεῖν ἡγησάμενος. ὁ δὲ ταῖς πόλεσιν αὐτοὺς ἐγκατένειμεν, ὥστε μὴ βάρβαρον νεολαίαν, εἰς πλῆθος συνειλεγμένην τοσοῦτον, εὐρυχωρίαν ἔχειν τοῦ νεωτερίζειν τι καὶ ἔξω τῶν οἰκείων συμφρονῆσαι. τούτοις ἐνδιαιτωμένοις ταῖς πόλεσι καὶ ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζουσι τὰ κατὰ τὴν Θρᾴκην συμβάντα τοῖς αὐτῶν ὁμοφύλοις ἠγγέλθη· δυσχεράναντες δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἀλλήλοις τε ὡμίλουν ὅσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἔτυχον ὄντες, καὶ τοῖς ἑτέρας πόλεις οἰκοῦσι λαθραίως ἐδήλουν, τῇ κατὰ τῶν πόλεων ἐπιθέσει τιμωρῆσαι τοῖς σφῶν πατράσι καὶ ὁμοφύλοις διανοούμενοι. ταύτης αἰσθόμενος ὁ Ἰούλιος τῆς τῶν βαρβάρων ὁρμῆς, καὶ ἀπορῶν μὲν ὅ τι πράξειε, δεδιὼς δὲ τὴν τῶν βαρβάρων ἐφ᾽ ὅπερ ἂν ὁρμήσωσι πρόχειρον ἐπιχείρησιν, τῷ μὲν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ δῆλον καταστῆσαι τὸ μελετώμενον οὐκ ἔγνω, καὶ ἐν τοῖς περὶ Μακεδονίαν ἐνδιατρίβοντι τόποις, καὶ προσέτι γε ὡς μὴ παρ᾽ αὐτοῦ παρὰ Οὐάλεντος δὲ ταύτην ἐπιτραπεὶς τὴν φροντίδα, καὶ οὔπω σχεδὸν τῷ τότε βασιλεύοντι γνωριζόμενος· τῇ δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν γερουσίᾳ γράψας ἐν παραβύστῳ,*

5 Libanio *Ἴουλλος*. 9 *συνειλεγμένων* libri: corr *S*. *εὐρυχωρίας* libri: corr idem.

ceps imperasset. his verbis persuasus Valens suscipit ille quidem eos, sed ratus ipsorum se fidei nomine cautionem habiturum idoneam, si liberos eorum necdum puberes in alia regione curaret educari, magnam puerulorum multitudinem in Orientem mittit, eorumque praeficit educationi et custodiae Iulium, quod eius viri sagacitatem et industriam utrique suffecturam officio putaret. Iulius eos in oppida distribuit, ne barbara iuventus, tanto collecta numero, amplum haberet moliendi res novas spatium et a suis remota conspiraret. his intra civitates degentibus et aetatis iam maturitatem assecutis eae res nuntiabantur, quae res in Thracia popularibus suis accidissent. qua fama permoleste cognita, quotquot in eodem erant oppido, inter se congrediuntur, et alias urbes inhabitantibus clanculum significant cogitare se, Romanas urbes adoriendo parentes ac populares suos ulcisci. Iulius hoc instituto barbarorum animadverso inops consilii quid potissimum ageret, simulque barbarorum conatus expeditos veritus, quocunque se convertissent, Theodosio quidem imperatori, quid ageretur, minime statuit aperiendum, partim quod is in Macedoniae locis haereret, partim quod a Valente fuisset haec ei commissa procuratio, non a Theodosio tunc rerum domino, cui prope necdum innotuerat: scriptis autem secreto ad senatum Cpolitanum literis et

καὶ παρὰ ταύτης ἐπιτραπεὶς ὅ τι ἂν λυσιτελεῖν ἡγήσαιτο πρᾶξαι, τοιῷδέ τινι τρόπῳ τὸν ἐπηρτημένον ταῖς πόλεσιν ἀποσείεται κίνδυνον. καλέσας ὡς ἑαυτὸν ἅπαντας ὅσοι ταγμάτων ἔτυχον στρατιωτικῶν προεστῶτες, καὶ ὅρκοις καταλαβών, ἣν εἶχε γνώμην αὐτοῖς ἐκοινώσατο. οἱ δὲ ἅπερ ἔδει πράττειν ἀκηκοότες, λόγους ἐνέσπειραν τοῖς ἐν ἑκάστῃ πόλει βαρβάροις, ὡς ὁ βασιλεὺς ἁδραῖς σφόδρα δωρεαῖς αὐτοὺς ἀμείψασθαι βούλοιτο καὶ διαδοῦναι πᾶσιν οὐ χρήματα μόνον ἀλλὰ καὶ γῆν, ὡς ἂν εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων εὔνοιαν ἐπιδοῖεν. ἐπὶ τούτοις τε ἐκέλευον εἰς τὰς μητροπόλεις ἀγείρεσθαι, ῥητῆς αὐτοῖς εἰς τοῦτο δοθείσης ἡμέρας. ταύταις ἐπαρθέντες οἱ βάρβαροι ταῖς ἐλπίσιν ἐχάλασαν μέν τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς κατὰ τῶν πόλεων ἀπωλείας, ἀναμείναντες δὲ τὴν κυρίαν, οὗπερ ἦν τεταγμένον ἑκάστοις ἰέναι, συνέρρεον. εἰδότες δὲ καὶ οἱ στρατιῶται τὸ σύνθημα, καταλαβόντες τὰ ταῖς ἀγοραῖς ἐπικείμενα τέγη τοὺς βαρβάρους εἰσιόντας λίθοις καὶ βέλεσι κατηκόντισαν, ἕως ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες τὰς ἐν τῇ ἑῴᾳ πόλεις τῶν ἐπικειμένων ἠλευθέρωσαν φόβων.

27. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ Θρᾴκην συμπεσόντα ἐλαττώματα τῇ τῶν στρατηγῶν ἀγχινοίᾳ ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐνδιαιτώμενος ἔτι τῇ Θεσσαλονίκῃ τοῖς μὲν ἐντυγχάνουσιν ἐδόκει πως εὐπρόσιτος εἶναι, τρυφὴν δὲ καὶ ἐκμέλειαν τῆς βασιλείας προοίμια ποιησάμενος τὰς μὲν προεστώσας ἀρχὰς συνετάραξε, τοὺς δὲ τῶν στρατιωτικῶν ἡγουμένους

4 ὅρκους libri: corr *S*.   8 ᾧ LP.

ab eo accepta potestate agendi quicquid expeditarum rei publicae putaret, tali quodam modo periculum urbibus imminens avertit. arcessitis ad se omnibus ordinum militarium praefectis et sacramentis exactis, consilium quod instituisset cum eis communicat. illi, perceptis iis quae essent peragenda, rumores inter cuiuslibet urbis barbaros didunt, imperatorem largis admodum muneribus eos afficere velle, nec pecuniam duntaxat verum etiam agros distributurum in omnes, ut eos ad suam et populi Romani amicitiam pelliceret. ideoque iubebant ut certo ad hoc eis die statuto intra metropoles convenirent. per has elati spes barbari nonnihil de iracundia deque struendo urbibus exitio remittunt, et exspectato die praestituto, quo singuli venire iussi fuerant, confluunt. cum autem milites quoque datam sibi tesseram non ignorarent, occupatis tectis quae versus forum quodlibet spectabant, ingressos barbaros lapidibus et telis tantisper petunt, donec universis ad internecionem deletis urbes orientales imminenti formidine liberassent.

27. Et damna quidem, quae per Orientem et Thraciam acciderant, exitum huiusmodi, sagacitate ducum, habuerunt. imperator autem Theodosius, adhuc Thessalonicae degens, adeuntibus ille quidem facilis accessu videbatur, sed a voluptate negligentiaque exorsus imperium officia praepositorum rei publicae magistratuum conturbavit, et rerum militarium duces nu-

πλείονας ἢ πρότερον εἰργάσατο· ἑνὸς γὰρ ὄντος ἱππάρχου καὶ ἐπὶ τῶν πεζῶν ἑνὸς τεταγμένου, πλείοσιν ἢ πέντε ταύτας διένειμε τὰς ἀρχάς, τούτῳ τε καὶ τὸ δημόσιον σιτήσεσιν ἐβάρυνε πλείοσιν (οὐκέτι γὰρ δύο στρατηγοῖς μόνοις ἀλλὰ πέντε καὶ πλείοσιν, ὅσα ἕκαστος τῶν δύο πρότερον εἶχεν, ἐχορηγοῦντο) καὶ τοὺς στρατιώτας τοσούτων ἀρχόντων ἐκδέδωκε πλεονεξίᾳ· τούτων γὰρ ἕκαστος οὐκ αὐτὸ μέρος, ἀλλὰ ὁλόκληρον, ὡς ἂν εἰ δύο μόνων ὄντων, ἐκ τῆς περὶ τὰ στρατιωτικὰ σιτηρέσια καπηλείας ἀθροίζειν ἐβούλετο κέρδος. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχους εἰς πλῆθος ἤγαγε τοσοῦτον ὥστε διπλασίους ἢ πρότερον εἶχε λελεῖφθαι, τοὺς δὲ στρατιώτας τῶν ἐκ τοῦ δημοσίου δεδομένων αὐτοῖς ἔχειν οὐδέν.

28. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς τοῦτο κατέστησεν ἡ τοῦ βασιλέως ἐκμέλεια καὶ ἡ ἄλογος τῶν χρημάτων ἐπιθυμία, τοσαύτην δὲ ἐπεισήγαγε τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ δαπάνην ὥστε διὰ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα πολυτελείας τάγματα πολυάνθρωπα καταστῆναι μαγείρων τε καὶ οἰνοχόων καὶ τῶν ἄλλων, οὓς εἴ τις ἐξαριθμήσασθαι βουληθείη, συγγραφῆς αὐτῷ πολυστίχου δεήσει. περὶ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων, καὶ ὡς οἱ πλεῖστοι τούτων, ὅσοι μάλιστα τῶν ἄλλων ὥρᾳ διέφερον, ἄρχοντάς τε οὓς ἠβούλοντο παρῆγον εἰς μέσον καὶ τῆς βασιλείας ἁπάσης τὴν ἐπικράτειαν ἔσχον, τὴν τοῦ βασιλεύοντος

1 εἰργάσατο S: libri ἐργασάμενος. ἱππάρχου Leunclavius: libri ὑπάρχου. 4 ὅσα L margo: ὅσοις P. 7 οὐ κατὰ μέρος? 21 τε οὓς R: τέως LP.

mero plures quam antea fuissent, instituit. quippe cum unus esset equitum magister et unus itidem peditum praefectus, pluribus quam quinque magistratus hosce distribuit, et hoc ipso fiscum pluribus annonis gravavit: non enim amplius duobus tantummodo ducibus, sed quinque vel pluribus etiam, quaecunque duum illorum quilibet ante habuisset, praebebantur. simul tot magistratuum avaritiae milites exposuit: nam quilibet eorum non partem sed solidum, ac si duo tantum essent, cauponariam quandam ex militaribus annonis factitando colligere lucrum volebat. nec his contentus etiam praefectos alarum turmarumque duces et tribunos tantopere adauxit, uti duplo plures quam prius essent post se reliquerit, et milites interim nihil eorum quae ipsis ex fisco praebebantur acciperent.

28. Sed huc quidem imperatoris negligentia et enormi avaritia res rediit. tanti vero sumptus in mensam imperatoris erogandi primus auctor exstitit, ut propter ciborum multitudinem et in his apparandis lautitiem populosae coquorum et pocillatorum et aliorum cohortes instituerentur; quas si quis enumerare voluerit, prolixae scriptionis indigebit. nam de multitudine inservientium principi spadonum, quodque complures horum, praesertim qui ceteris forma praestabant, tam praesides in medium producerent eos quos ipsi vellent, quam quod totum imperium in sua potestate haberent, et quo-

εἰς ὅπερ ἐβούλοντο μεταφέροντες γνώμην, τί δεῖ λέγοντα μηκύνειν ἐπὶ πλέον τὸν λόγον, δέον τὰ τῆς ἐξ ἐκείνου τῶν πραγμάτων ἀπωλείας αἴτια διελθεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἔτυχε, καὶ περὶ τοὺς ἀναξίους, τὰ δημόσια δαπανῶν πλειόνων εἰκότως ἐδεῖτο χρημάτων, καὶ τὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγεμονίας ὠνίους προυτίθει τοῖς προσιοῦσι, δόξῃ μὲν ἢ βίῳ σπουδαίῳ παντάπασιν οὐ προσέχων, ἐπιτήδειον δὲ κρίνων τὸν [ἀγρὸν ἢ] ἀργύριον προσάγοντα πλεῖον. καὶ ἦν ἰδεῖν ἀργυραμοιβοὺς καὶ ὀβολοστάτας καὶ ἄλλους ἐπ᾽ ἀγορᾶς τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων αἰσχρότατα μετιόντας ἐπιφερομένους τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα καὶ τοῖς πλείονα ἔχουσι χρήματα τὰς ἐπαρχίας παραδιδόντας. (29) οὔσης οὖν ἤδη τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὴν πολιτείαν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐναλλαγῆς, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ἐν ὀλίγῳ μεμείωτο χρόνῳ καὶ εἰς τὸ μηδὲν περιίστατο, τὰς δὲ πόλεις ἐπιλελοίπει τὰ χρήματα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων εἰσφορῶν, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον, τὰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκενοῦτο πλεονεξίαν· τοὺς γὰρ μὴ θεραπεύοντας τὴν αὐτῶν ἀπληστίαν τοῖς ἐκ συκοφαντίας πράγμασι περιέβαλλον, μόνον οὐχὶ βοῶντες ὡς ὅσα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς δεδώκασιν ἀνάγκη πᾶσα συναγαγεῖν. ἐκ τού-

7 ἀγρὸν ἢ enatum ex ἀργύριον. 13 ἀπολελοίπει vulgo. 14 ante τὰ μὲν desideratur aut relativum ὧν, aut copulativa καί, aut aliud huiusmodi. *Sylb.* nihil hic mutat Godofredus meus, vir in media Graecia plura edoctus, quam quidem Sylburgius. vid. eum in Comm. ad l. 6. Theod. Cod. ad leg. Iul. repetund. *Ritter.* loco commatis post χρήματα aliam distinctionem posui, qua coniectura Sylburgiana magis fit superflua. *R.* φόρων *S*, ne discreparet genus participii. at discrepat etiam p. 89 16: τῶν μεινάντων πεντηκοντόρων, et l. 5 c. 26: τῶν πόλεων ἀπεγνωκότων. cf. Phot. Biblioth. p. 1 b 27, 222 b 38, 231 a 8, 258 b 20, 277 b 3, 450 b 13. Thiersch. de lingua Zaconum p. 536.

cunque lubitum esset, animum principis flecterent, de his, inquam, quid opus est orationem instituere prolixiorem? quando rerum interitus, exinde secuti, causae nobis indicandae veniunt. cum enim temere atque etiam in indignos fisci bona profunderet, ideoque non abs re pluribus pecuniis egeret, provinciarum praefecturas quibusvis accedentibus venales exponebat, nulla prorsus existimationis aut honestae vitae ratione habita, sed eum iudicans idoneum qui auri vel argenti maiorem summam afferret. adeoque videre erat argentarios et nummularios et alios, professiones in foro foedissimas obeuntes, magistratuum insignia ferre, maioremque pecuniae vim habentibus provincias tradere. (29) cum talis in re publica iam coepisset, vergens in deterius, mutatio, militares quidem copiae perexiguum intra tempus deminuebantur et in nihilum adeo redigebantur, urbes vero pecunia destituebat, quae partim per imposita tributa modum excedentia, partim per avaritiam magistratuum exhauriebatur. hi enim eos qui animos ipsorum inexplebiles sibi non conciliabant, omni cultu calumniis opprimebant, tantum non clamantes omnia sibi, quae pro magistratu numerassent, necessario colli-

του τοιγαροῦν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες πενίᾳ τε καὶ ἀρχόντων κακίᾳ τρυχόμενοι δυστυχῆ καὶ οἴκτιστον ἔτριβον βίον, ἱκετεύοντες τὸν θεὸν καὶ δεόμενοι τῶν τοσούτων αὐτοῖς ἀπαλλαγὴν εὕρασθαι συμφορῶν· ἔτι γὰρ ἦν αὐτοῖς ἄδεια τοῦ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερὰ καὶ τὰ θεῖα κατὰ τοὺς πατρίους θεσμοὺς ἐκμειλίττεσθαι.

30. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος παρὰ πολὺ ἐλαττωθὲν τὸ στρατιωτικὸν θεασάμενος, ἐφῆκε τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρων τοῖς βουλομένοις ὡς αὐτὸν ἰέναι, τοὺς αὐτομόλους ἐντάττειν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν ὑπισχνούμενος. οἱ δὲ τὸ σύνθημα τοῦτο δεξάμενοι ᾔεσάν τε ὡς αὐτὸν καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς στρατιώταις, γνώμην ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, εἰ πλείους γένοιντο, ῥᾷον ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι καὶ κρατήσειν ἁπάντων. ἰδὼν δὲ τὸ πλῆθος τῶν αὐτομόλων ὁ βασιλεὺς ἤδη τὸ τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν ὑπεραῖρον, ἐν νῷ τε βαλόμενος ὡς καθέξει τις αὐτοὺς ἕτερόν τι παρὰ τὰ συντεθειμένα φρονήσαντας, ἄμεινον ᾠήθη μέρος τι τούτων τοῖς στρατευομένοις κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἀναμῖξαι, μέρος δὲ τῶν τὰ ἐκεῖσε τάγματα πληρούντων ὡς ἑαυτὸν ἀγαγεῖν. οὗ δὴ γενομένου, καὶ τῶν μὲν ἐπ᾽ ἐκεῖνα τῶν δὲ ἐπὶ τάδε κατὰ τὸ βασιλέως σύνθημα προϊόντων, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι τὴν πάροδον ἡσυχῇ ποιούμενοι διὰ τῶν πόλεων τὰ ἐν χρείᾳ τιμῆς δικαίας ὠνοῦντο, οἱ βάρβαροι δὲ σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τῇ παρόδῳ χρώμενοι τὰ ἐπ᾽ ἀγορᾶς ὡς ἐβούλοντο διετίθεσαν. ἐπεὶ δὲ συνέδραμον εἰς τὴν Φιλαδέλφειαν, ἣ

14 βαλλόμενος vulgo. 22 Φιλαδελφίαν et mox Φιλαδελφίᾳ P.

genda esse. hinc igitur oppidorum incolae, qui tam paupertate quam magistratuum improbitate affligerentur, infelicem maximeque miserabilem vitam agebant, deumque suppliciter orabant ut talibus tantisque calamitatibus liberarentur. etenim adhuc facultatem habebant adeundi fana patriisque ritibus numina placandi.

30. Cum autem Theodosius imperator admodum deminutos exercitus animadvertisset, transistrianis barbaris ad se veniendi, quicunque vellent, potestatem fecit, pollicitus se transfugas militum numeris adscripturum. eam illi pactionem accipientes adito Theodosio inter milites referebantur, cum quidem opinarentur, si numerus ipsorum excresceret, facile se rem publicam aggressuros et omnia suam in potestatem redacturos. conspicatus vero multitudinem transfugarum imperator, quae iam suorum militum numerum excederet, simulque revocans ad animum quo pacto quis eos cohibiturus esset, si praeter pacta conventa moliti quid fuissent, praestare ratus est ut partem horum aliquam in Aegypto militantibus admisceret, ac vicissim partem plenis Aegypti legionibus detractam ad se traduceret. quod cum factum esset, his quidem illuc istis autem huc iter facientibus, uti princeps imperaverat, Aegyptii sane per oppida sine tumultu transeuntes iusto res necessarias pretio sibi comparabant, barbari autem nullum habentes in transitu sui modum, cum iis quae venibant in foro, pro animi libidine agebant. posteaquam utri-

μία τῆς Λυδίας ἐστίν, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι πολλῷ τῶν βαρβάρων ὄντες ἐλάττους εἴχοντο τῆς στρατηγικῆς εὐταξίας, οἱ δὲ βάρβαροι πλήθει τούτους ὑπεραίροντες ἔχειν τι πλέον ἠξίουν. καὶ ἐπειδὴ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς τις ὧν ἀπέδοτο δοθῆναι τιμὴν ᾔτησεν, ὁ δὲ βάρβαρος τὸ ξίφος ἐπήγαγεν, εἶτα ἀναβοήσαντος ἐπλήττετο καὶ ἄλλος βοηθῆσαι βουλόμενος, ἐλεήσαντες οἱ Αἰγύπτιοι τὸ γινόμενον ἐπιεικῶς τοῖς βαρβάροις ἀπέχεσθαι παρῄνουν τῶν τοιούτων ἀτοπημάτων· μὴ γὰρ εἶναι τοῦτο ἔργον ἀνθρώπων κατὰ Ῥωμαίων νόμους ζῆν ἐθελόντων. οἱ δὲ κατ' ἐκείνων ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσιν, ἕως ἐνδόντες οἱ Αἰγύπτιοι τῷ θυμῷ συνέπεσόν τε αὐτοῖς καὶ πλείους ἢ διακοσίους ἀνεῖλον, τοὺς μὲν πλήξαντες, τοὺς δὲ εἰς τοὺς ὑπονόμους φυγεῖν ἀναγκάσαντες κἀκεῖσε τὸν βίον ἀπολιπεῖν. ἐν μὲν οὖν τῇ Φιλαδελφείᾳ ταῦτα πράξαντες ἐπὶ τοῖς βαρβάροις Αἰγύπτιοι, καὶ πείσαντες σωφρονεῖν ὡς τῶν ἀντιστησομένων αὐτοῖς οὐκ ἐπιλειψόντων, αὐτοὶ μὲν εἴχοντο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας, οἱ δὲ βάρβαροι ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, οὗ τεταγμένον ἦν αὐτοῖς, προῄεσαν. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Ὁρμίσδης ὁ Πέρσης· ἦν δὲ Ὁρμίσδου παῖς τοῦ κοινωνήσαντος εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον Ἰουλιανῷ τῷ αὐτοκράτορι.

31. Τῶν δὲ Αἰγυπτίων εἰς Μακεδονίαν ἀφικομένων καὶ τοῖς αὐτόθι τάγμασι συναφθέντων, τάξις μὲν ἦν τοῖς στρατεύμασιν οὐδεμία, οὐδὲ Ῥωμαίου διάκρισις ἢ βαρβάρου, πάντες δὲ

2 fortasse rectius *στρατιωτικῆς εὐταξίας*. vel *στρατηγικῆς* erit *a ducibus praescripta*, ut Leunclavius accipit. *S.* 21 *συναφέντων* L.

que Philadelphiae convenissent, quod oppidum est Lydiae, longo numero barbaris inferiores Aegyptii praescriptum sibi a ducibus ordinem observabant: barbari vero, qui hos multitudine superarent, amplius aliquid sibi iuris usurpabant. cumque forte quidam ex iis qui erant in foro venditarum ab se rerum pretium posceret, barbarus autem gladio feriret, atque hinc illo exclamante vulneraretur et alter, priori laturus opem, miserti eius quod accideret Aegyptii modeste barbaros hortabantur, ab iniquis huiusmodi facinoribus abstinerent: non enim hoc decere viros qui secundum leges Romanas vivere decrevissent. tum illi gladios suos adversus hos stringere, donec et Aegyptii laxato iracundiae freno cum eis congrederentur et plures quam ducentos interimerent, aliis caesis, aliis in cloacas fugere ac vitam in eis relinquere coactis. cum haec Aegyptii Philadelphiae patrassent in barbaros, et modestiores ut essent, non defuturis scilicet qui eis resisterent, persuasissent, ipsi quidem ulterius iter suum prosequebantur, barbari vero versus Aegyptum, quo ire iussi fuerant, progrediebantur. et habebant hi ducem Hormisdam, natione Persam, Hormisdae illius filium, qui cum Iuliano imperatore bello contra Persas interfuit.

31. Adventantibus in Macedoniam Aegyptiis, et iam legionibus eorum locorum adscriptis, nullus erat in castris ordo, nullum Romani vel barbari

ἀναμὶξ ἀνεστρέφοντο, μηδὲ ἀπογραφῆς ἔτι τῶν ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς ἀριθμοῖς ἀναφερομένων φυλαττομένης. ἐφεῖτο δὲ τοῖς αὐτομόλοις, ἤδη τοῖς τάγμασιν ἐγγραφεῖσιν, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανιέναι καὶ ἑτέρους ἐκπέμπειν ἀνθ' ἑαυτῶν, καὶ ὁπηνίκα ἂν αὐτοῖς δοκοίη, πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίους στρατεύεσθαι. τοιαύτην ὁρῶντες οἱ βάρβαροι κρατοῦσαν ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασι ταραχὴν (οἵ τε γὰρ αὐτόμολοι πάντα ἐσήμαινον αὐτοῖς καὶ ἡ τῆς ἐπιμιξίας εὐρυχωρία) καιρὸν ἔχειν ᾠήθησαν ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασιν ἐν ἀμελείᾳ τοσαύτῃ κειμένοις. καὶ σὺν οὐδενὶ πόνῳ τὸν ποταμὸν διαβάντες καὶ μέχρι Μακεδονίας ἐλθόντες (ἐκώλυε γὰρ οὐδὲ εἷς, ἐνδιδόντων αὐτοῖς μάλιστα τῶν αὐτομόλων ἀκώλυτον, ἐφ' ἅπερ ἐβούλοντο, τὴν διάβασιν) ἐπειδὴ καὶ τὸν βασιλέα μετὰ παντὸς αὐτοῖς ἀπαντήσαντα τοῦ στρατεύματος ᾔσθοντο, νυκτὸς οὔσης ἤδη βαθείας πῦρ ἀνακαιόμενον πολὺ θεασάμενοι, τεκμαιρόμενοί τε ὡς περὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἴη τὸ φαινόμενον πῦρ, ἅμα δὲ καὶ παρὰ τῶν προσιόντων αὐτοῖς αὐτομόλων οὕτως ἔχειν τοῦτο μαθόντες, δρόμον ἀφῆκαν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν, ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὁδηγούμενοι. συναραμένων δὲ καὶ τῶν αὐτομόλων αὐτοῖς, μόνοι Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν αὐτομόλων ὅσοι παρῆσαν, ἀντέστησαν. ὀλίγοι δὲ πρὸς πολλῷ πλέονας οὐκ ἀρκέσαντες ἔδωκαν μὲν τῷ βασιλεῖ φυγῆς εὐρυχωρίαν, αὐτοὶ δὲ ἅπαντες ἔπεσον ἀνδρείως μαχόμενοι καὶ τῶν βαρβάρων πλῆθος ἄπειρον

7 pro articulo ἡ non male fortasse reposuerimus verbum ἦν. S.
13 congruentius ἀπαντήσοντα. S.

discrimen, sed inter se cuncti promiscue versabantur, cum ne descriptionis quidem eorum qui militum in numeros referebantur ulla ratio haberetur. quin etiam licitum transfugis erat ut adscripti iam legionibus in patriam reverterentur, aliosque suo loco mitterent, atque ubi videretur ipsis, iterum sub Romanis militarent. eiusmodi confusionem cum in ordinibus militaribus regnare viderent barbari, quibus omnia transfugae renuntiabant, accedente mutuae consuetudinis licentia, idoneum se tempus ad invadendas res tam negligenter administratas nactos existimabant. ideoque flumine nullo labore transmisso ad Macedoniam usque progressi (nullus enim prohibebat, ac transfugae praesertim liberum eis concedebant, quocunque pergere vellent, transitum) ubi principem quoque cum copiis universis occurrere sibi sentiebant, nocte iam profunda magnum ignem accensum conspicati, coniecturamque facientes ignem illum, qui luceret, propter imperatorem et imperatorios esse stipatores, cognito denique de transfugis ad eos accedentibus ita se rem habere, cursu principis ad tentorium, ignem quasi ducem viae secuti, contenderunt. simul autem et transfugis ad eorum se partes adiungentibus, soli Romani cum iis transfugis qui adhuc eis aderant resistebant. cumque pauci contra multo plures non sufficerent, imperatori quidem aufugiendi satis amplum concessere spatium, ipsi vero fortiter dimicantes, infinita barbarorum

ἀνελόντες. εἰ μὲν οὖν ἐπεξῆλθον οἱ βάρβαροι τῷ προτερήματι καὶ τοὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ φεύγοντας ἐδίωξαν, πάντως αὐτοβοεὶ πάντων ἂν ἐκράτησαν. ἐπεὶ δὲ ἀρκεσθέντες τῇ νίκῃ Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας ἐγένοντο κύριοι φυλάττοντος οὐδενός, αὐτοὶ μὲν ἀφῆκαν τὰς πόλεις, ἄχαρι πράξαντες εἰς αὐτὰς οὐδὲ ἕν, ἐλπίδι τοῦ φόρον τινὰ ἐξ αὐτῶν κομιεῖσθαι· (32) μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς ἐπὶ τούτοις τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενοι τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, φυλακαῖς μὲν τὰ φρούρια καὶ τὰς τειχήρεις ἠσφαλίζετο πόλεις, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἤλαυνε, γράμματα πρὸς Γρατιανὸν στείλας τὸν βασιλέα, δι' ὧν τὰ συμβεβηκότα ἐδήλου, καὶ ὡς δέοι τοῖς πράγμασιν εἰς ἔσχατον ἥκουσι κακοῦ μετὰ πάσης ἀμύνειν ταχυτῆτος. καὶ τοὺς γραμματηφόρους ἐπὶ τούτοις ἐξέπεμπεν, αὐτὸς δέ, ὡς οὐδενὸς λυπηροῦ ταῖς ἐν Μακεδονίᾳ πόλεσι καὶ Θεσσαλίᾳ συμβεβηκότος, ἐφίστη τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας φόρων εἰσπράξοντας τὸ τελούμενον εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν. καὶ ἦν ἰδεῖν, ὃ διὰ τὴν τῶν βαρβάρων φιλανθρωπίαν περιλελειμμένον ἦν, ἐκφορούμενον· οὐ γὰρ χρήματα μόνον ἀλλὰ καὶ γυναικεῖος κόσμος καὶ ἐσθὴς πᾶσα, μέχρι καὶ αὐτῆς ὡς εἰπεῖν τῆς τὴν αἰδῶ σκεπούσης, ὑπὲρ τῶν τεταγμένων ἐδίδοτο φόρων. καὶ ἦν πᾶσα πόλις καὶ πᾶς ἀγρὸς οἰμωγῆς καὶ θρήνων ἀνάμεστος, τοὺς βαρβάρους ἁπάντων ἀνακαλούντων καὶ τὴν ἐξ ἐκείνων ἐπισπωμένων βοήθειαν.

33. Καὶ τὰ μὲν Θεσσαλῶν καὶ Μακεδόνων ἐν τούτοις ἦν, ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος λαμπρὸς καὶ ὥσπερ ἐπὶ νίκῃ σεμνῇ θρίαμ-

multitudine trucidata, ceciderunt universi. enimvero si usi victoria barbari et aufugientes cum imperatore mox fuissent insecuti, primo statim clamore cunctos omnino in potestatem redegissent. sed quoniam victoria contenti Macedoniae Thessaliaeque, nemine praesidiis has defendente, domini facti fuerant, liberas reliquere civitates, nec in eas, spe tributum aliquod ab eis accipiendi, durius quicquam statuerunt. (32) imperator autem, cum intellexisset has ob causas eos discessione facta patriam repetiisse, praesidiis castella cum oppidis, quotquot moenibus erant cincta, munit; ipse Cpolim abit, missis ad Gratianum imperatorem litteris, quibus significabat ea quae accidissent, quodque rebus ad extremum discrimen adductis quam celerrime succurrendum esset. cum hoc nomine tabellarios ablegasset, ipse, quasi nihil triste Macedonicis ac Thessalicis oppidis accidisset, publicorum tributorum exactores instituit, qui omnino rigide pensiones tributarias exigerent. erat videre totum hoc, quod humanitate barbarorum relictum fuerat, in censum erogari. non enim pecunia duntaxat, verum et mundus muliebris et omnis vestitus, usque ad illam fere vestem qua pudenda teguntur, indictorum nomine tributorum conferebatur; et omne oppidum, omnis villa ploratu ac lamentis erat plena, barbaros inclamantibus universis et eorum opem poscentibus

33. Atque in hoc statu Thessalorum Macedonumque res erant, imperator autem Theodosius splendide, quasique triumphum ob gloriosam victo-

βον ἐκτελῶν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰσῄει, τῶν μὲν κοινῶν ἀτυχημάτων οὐδένα ποιούμενος λόγον, συνεκτείνων δὲ τῷ τῆς πόλεως μεγέθει τὴν τῆς τρυφῆς ἀμετρίαν. ὁ δὲ βασιλεὺς Γρατιανὸς οὐ μετρίως ἐπὶ τοῖς ἀγγελθεῖσι συνταραχθεὶς στρατιὰν ἀρκοῦσαν ἐξέπεμψε, Βαύδωνι τῷ στρατηγῷ ταύτην παραδούς, ᾧ καὶ Ἀρβογάστην συνέπεμψεν· ἄμφω δὲ ἦσαν Φράγκοι τὸ γένος, εὖνοί τε σφόδρα Ῥωμαίοις καὶ χρημάτων ὡς μάλιστα ἀδωρότατοι καὶ περὶ τὰ πολέμια φρονήσει καὶ ἀλκῇ διαφέροντες. τούτων ἅμα τῇ στρατιᾷ τοῖς κατὰ Μακεδονίαν καὶ Θεσσαλίαν ἐπιστάντων χωρίοις, οἱ τὰ τῇδε νεμόμενοι Σκύθαι ἐκ προοιμίου τοῦ φρονήματος τῶν ἀνδρῶν καὶ τῆς προαιρέσεως συναισθόμενοι, παραχρῆμα τῶν τόπων ἐκστάντες ἐπὶ τὴν Θρᾴκην ἐπαλινδρόμουν πεπορθημένην ὑπ' αὐτῶν πρότερον, καὶ ὅ τι πράξαιεν ἀποροῦντες ἐπὶ τὴν ὁμοίαν τῇ πρότερον ἐφέροντο πεῖραν καὶ τοῖς αὐτοῖς παράγειν τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἐπεχείρουν· αὐτομόλους γὰρ ἔπεμπον ὡς αὐτὸν ἐλαχίστους, εὔνοιαν καὶ συμμαχίαν καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ὑπισχνουμένους. καὶ ἐπειδὴ ταῦτα λέγουσι πιστεύσας ἐδέχετο καὶ οὐδὲ ἡ πρώτη πεῖρα δέδωκεν αὐτῷ τὸ λυσιτελοῦν ἰδεῖν, ἐπηκολούθησαν καὶ ἐπὶ τούτοις ἕτεροι, καὶ πάντας προσίετο, καὶ πάλιν ἐπὶ τοῖς αὐτομόλοις τὰ πράγματα ἦν διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἠλιθιότητα. ταύτην δὲ ἔτρεφεν ἡ τῆς τρυφῆς ἄσκησις ἐν αὐτῷ. πάντα γὰρ ὅσα πρὸς ἠθῶν ἀρκεῖ καὶ βίου διαφθοράν, ἐπὶ τῆς τούτου βασιλείας τοσαύτην ἐπίδοσιν ἔσχεν ὥστε πάντας σχε-

5 Symmachus et alii *Bauthoni.*

riam peragens, Cpolim ingreditur, nullam publicorum casuum rationem habens, et cum urbis magnitudine deliciarum ac voluptatis immodicum usum porrigens. at imperator Gratianus harum rerum nuntio non parum perturbatus satis magnas copias ablegat, Baudoni duci traditas; cum quo et Arbogastem mittit. erant autem ambo natione Franci amicissimis in Romanos animis, ab avaritia donisque captandis prorsus immunes, in bellicis rebus prudentia pariter ac robore praestantes. postquam hi cum exercitu in Macedoniam Thessaliamque pervenissent, qui res istic agebant ferebant Scythae, mox ab exordio cognita horum audacia et instituto, locis iis relictis in Thraciam recurrunt prius ab eis vastatam; et quid agerent ambigentes, ad dolum malum priori similem se convertunt, et iisdem artibus imperatorem Theodosium circumvenire conantur. condicionis enim vilissimae transfugas ad eum mittunt, qui et benevolentiam et societatem et facturos se quicquid imperasset pollicerentur. cum haec dicentibus fidem adhibens eos susciperet, iamque ne priori quidem experimento consecutus fuisset ut quod esset ex re cerneret, secuti sunt hos et alii, quos omnes ille recipiebat. iamque res adeo rursus in potestate transfugarum propter stoliditatem principis erant. eam stoliditatem in ipso deliciarum et voluptatis usus alebat. nam omnia, quaecunque corrumpendis moribus et vitae plurimum valent, hoc imperante

δόν, ὅσοι τὰ τοῦ βασιλέως ἐζήλουν ἐπιτηδεύματα, τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν ἐν τούτοις ὁρίζεσθαι. μῖμοί τε γὰρ γελοίων καὶ οἱ κακῶς ἀπολούμενοι ὀρχησταί, καὶ πᾶν ὅ τι πρὸς αἰσχρότητα καὶ τὴν ἄτοπον ταύτην καὶ ἐκμελῆ συντελεῖ μουσικήν, ἠσκήθη τε ἐπὶ τούτου, καὶ μετὰ ταῦτα, διὰ τὸ τὴν ἐκείνων ἄνοιαν ζηλώσαντας εἶναι, εἰς τοσαύτην κατενεχθέντος διαφθορὰν τοῦ πολιτεύματος. ἔτι τε καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη κατὰ πᾶσαν ἐπολιόρκει πόλιν καὶ χώραν, κίνδυνός τε πᾶσιν ἐπέκειτο τοῖς νομίζουσιν εἶναι θεοὺς ἢ ὅλως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπουσι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ φαινόμενα προσκυνοῦσι.

34. Θεοδοσίου τοίνυν ὄντος ἐν τούτοις, Γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει τοῖς κατὰ τὸ Ἰλλυριῶν κλῖμα στρατιωτικοῖς τάγμασι στρατηγὸν Βιταλιανόν, ἄνδρα πεπονηκόσι τοῖς πράγμασι κατ' οὐδὲν ἀρκέσαι δυνάμενον. τούτου δὲ ἡγουμένου δύο μοῖραι τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Γερμανικῶν ἐθνῶν, ἡ μὲν ἡγεμόνι Φριτιγέρνῳ χρωμένη ἡ δὲ ὑπὸ Ἄλλοθον καὶ Σάφρακα τεταγμένη, τοῖς Κελτικοῖς ἔθνεσιν ἐπικείμεναι κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τὸν βασιλέα Γρατιανὸν ἐνδοῦναι σφίσιν, ἀπολιπούσαις τὰ ἐν Κελτοῖς, διὰ τοῦ Ἴστρου Παιονίαν καὶ τὴν ἄνω Μυσίαν καταλαβεῖν· ἦν γὰρ αὐτῷ λόγος τε καὶ σπουδὴ τέως ἀπαλλαγῆναι τῆς συνεχοῦς τούτων ἐφόδου. διαπλεύσαντες οὖν ἐπὶ τούτοις τὸν Ἴστρον, διανοούμενοί τε

1 ἐζήτουν libri: corr Leunclavius. 5 διὰ τὸ om P. hiat locus. 7 ἕδη S: libri εἴδη. 16 Ammiano *Alotheus*, Iornandae *Alatheus*, Saphraxeidem *Safrach*.

principe tantum incrementi ceperunt, ut propemodum omnes, qui studia principis aemulabantur, in his beatitatem humanam constituerent. erant enim mimi ridiculorum, et qui male pereant, saltatores, et quicquid ad obscenitatem et flagitiosam hanc dissolutamque musicam pertinet, tam sub ipso quam deinceps exercitum fuit; ac tantam ad corruptelam praecipitavit ideo res publica, quod essent qui horum dementiam aemularentur. praeterea deum quoque sacraria per omnes urbes et agros oppugnabantur; adeoque periculum cunctis imminebat, qui deos esse putabant vel in caelum omnino suspiciebant et quae in eo conspiciuntur adorabant.

34. Cum haec Theodosius ageret, Gratianus imperator ad legiones Illyrici ducem mittit Vitalianum, hominem qui rebus fatiscentibus nequaquam sufficere posset. hoc ducis munus administrante, duo Germanicarum trans Rhenum nationum agmina, quorum alterum ducem Fritigernum habebat, alterum sub Allotho et Safrace militabat, dum Celticas gentes premunt, Gratianum imperatorem eo compulerunt ut ipsis, modo regiones Celticas reliquissent, Istro transiecto Pannoniae Moesiaeque superioris adeundae potestatem faceret. hoc enim studiose agebat, ut horum irruptione continua liberaretur. cum igitur ob haec illi navigatione per Istrum instituta transire

διὰ Παιονίας ἐπὶ τὴν Ἤπειρον διαβῆναι, περαιωθῆναι δὲ τὸν Ἀχελῷον καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσιν ἐπιθέσθαι, τροφὰς πορίσασθαι ᾠήθησαν πρότερον, Ἀθανάριχόν τε παντὸς τοῦ βασιλείου a. 381
τῶν Σκυθῶν ἄρχοντα γένους ἐκποδὼν ποιήσασθαι πρὸς τὸ μηδένα κατὰ νώτου τὸν κωλύσοντα τὴν αὐτῶν ἐπιχείρησιν ἔχειν. ἐπιθέμενοι τοίνυν αὐτῷ σὺν οὐδενὶ πόνῳ τῶν τόπων ἐν οἷς ἦν ἀπανέστησαν. ὁ δὲ ὡς Θεοδόσιον ἔδραμεν ἀρτίως ἀπαλλαγέντα νόσου τὸν βίον αὐτῷ καταστησάσης εἰς ἀμφίβολον. ὁ δὲ φιλοφρόνως μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων ἐδέξατο, πόρρω που τῆς Κωνσταντινουπόλεως προελθών, καὶ παραχρῆμα τελευτήσαντα ταφῇ βασιλικῇ περιέστειλε. τοσαύτη δὲ ἦν ἡ περὶ τὴν ταφὴν πολυτέλεια ὥστε τοὺς βαρβάρους ἅπαντας καταπλαγέντας τῇ ταύτης ὑπερβολῇ, τοὺς μὲν Σκύθας ἐπανελθεῖν οἴκαδε καὶ μηκέτι Ῥωμαίοις παρενοχλεῖν, τὴν εὐγνωμοσύνην τοῦ βασιλέως θαυμάσαντας, ὅσοι δὲ ἅμα τῷ τελευτήσαντι παρεγένοντο, τῇ τῆς ὄχθης φυλακῇ προσεγκαρτερήσαντας ἐπὶ πολὺ κωλῦσαι τὰς κατὰ Ῥωμαίων ἐφόδους. ἐν ταὐτῷ δὲ καὶ ἄλλα προσεγίνετο τῷ Θεοδοσίῳ τύχης πλεονεκτήματα· Σκίρους γὰρ καὶ Καρποδάκας Οὔννοις ἀναμεμιγμένους ἠμύνατο, καὶ ἐλαττωθέντας τῇ μάχῃ περαιωθῆναι τὸν Ἴστρον καὶ τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν συνηνάγκασεν. ἐκ τούτου τοιγαροῦν ἀναθαρρῆσαι τοὺς στρατιώτας συνέβη, καὶ ἔδοξέ πως βραχὺ γοῦν ἐκ τῶν προλαβόντων δυστυχημάτων . . . ἀνενεγκεῖν, ἀνιέναι τε καὶ

3 ᾠήθησαν δεῖν πρότερον? Ὀθενάριχον LP sed Ἀθανάριχον agnoscit etiam Suidas. S.

per Pannoniam in Epirum, et Acheloo transmisso Graecas aggredi civitates cogitarent, prius commeatus sibi copiam parandam et Athanarichum, totius regii Scytharum generis principem, longe removendum arbitrabantur, ne quem haberent a tergo, qui conatum ipsorum impediret. hunc igitur adorti, nullo labore locis iis in quibus erat expulerunt. at is celeriter ad Theodosium se contulit, non ita pridem morbo liberatum, qui spem de vita dubiam fecerat. Theodosius hominem cum barbaris comitibus amanter excipit, spatium non exiguum extra Cpolim obviam ei progressus. cumque non multo post exstinctus fuisset, regia sepultura mortuum terrae mandavit. et tantam sane magnificentiam adhibuit, ut tam superbo funere barbaris omnibus obstupefactis Scythae domum redirent nec Romanos amplius infestarent, bonitatem principis admirati; quotquot autem cum rege vita defuncto venerant, custodiendae ripae fluminis intenti, diu, quominus incursionibus Romani vexarentur, impedirent. eo tempore Theodosio quidam alii quoque prosperi casus accidere. nam Scyros et Carpodacas permistos Hunnis propulsavit, et proelio superatos Istrum transiicere suasque sedes repetere compulit. hinc igitur animosi rursus esse milites, paulumque videri de rebus adversis superiorum

γεωργοῖς τὴν ἐκ τῆς γῆς ἐπιμέλειαν καὶ ὑποζυγίοις καὶ θρέμμασι νομὴν ἄφοβον.

a. 383 35. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Θεοδόσιος οὕτω πως ἔδοξεν ἰᾶσθαι τὰ ἐλαττώματα· Πρόμωτος δὲ ὁ στρατηγὸς τῶν κατὰ Θρᾴκην πεζῶν Οἰδοθέῳ, δύναμιν συναγαγόντι πλείστην οὐ μόνον ἐκ τῶν Ἴστρῳ προσοίκων ἐθνῶν ἀλλὰ καὶ τῶν πορρωτάτω που καὶ ἀγνώστων, καὶ ἐπελθόντι στρατιᾷ καὶ περαιουμένῳ τὸν ποταμόν, ἀπαντήσας πεζῇ τε καὶ ποταμίαις ναυσὶ τοσοῦτον εἰργάσατο φόνον ὥστε καὶ τὸν ποταμὸν πλησθῆναι νεκρῶν καὶ τοὺς ἐν γῇ πεσόντας μὴ ῥᾳδίως ἀριθμηθῆναι. τῶν δὲ κατὰ Θρᾴκην ἐν τούτοις ὄντων, οὐ μέτριαί τινες, οὐδὲ οἷαι διαφέρειν εὐκόλως, τὸν Γρατιανὸν περιίσταντο τύχαι. τοῖς γὰρ περὶ τὴν αὐλὴν τὰ τῶν αὐτοκρατόρων ἤθη διαφθείρειν εἰωθόσι πειθόμενος, Ἀλανούς τινας αὐτομόλους δεξάμενος καὶ στρατιαῖς ἐγκαταλέξας δωρεαῖς τε ἁδραῖς ἐτίμα καὶ θαρρεῖν ἠξίου τὰ πάντων ἀναγκαιότατα, στρατιωτῶν λόγον οὐδένα ποιούμενος. τοῦτο τοῖς στρατιώταις κατὰ τοῦ βασιλέως ἔτεκε μῖσος, ὅπερ ὑποτυφόμενον κατὰ βραχὺ καὶ αὐξανόμενον εἰς νεωτέρων πραγμάτων ἐκίνησε τοὺς στρατιώτας ἐπιθυμίαν, τούς τε ἄλλους καὶ κατ᾽ ἐξαίρετον τοὺς ταῖς Βρεττανικαῖς νήσοις ἐνιδρυμένους οἷα τῶν ἄλλων ἁπάντων πλέον αὐθαδείᾳ καὶ θυμῷ νικωμένους. ἐκίνει δὲ πρὸς τοῦτο πλέον αὐτοὺς Μάξιμος Ἴβηρ τὸ γένος, Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Βρεττανίαν συστρα-

4 Philostorgio *Πρόμοτος*. 5 Claudiano *Odotheus*. 16 *οὐδένα* om P.

temporum recipere . . . et agricolis exercendarum operarum suarum, iumentis ac pecoribus liberi pastus copia redire.

35. Ac Theodosius quidem imperator in hunc modum acceptis detrimentis mederi visus est. Promotus autem, dux copiarum in Thracia pedestrium, Oedotheo, qui maximum exercitum, non de Istri duntaxat accolis verum etiam de remotissimis et ignotis gentibus collegerat, iamque cum militibus suis aderat et amnem transmittebat, cum terrestribus copiis et navigiis fluvialibus occurrens, tantam caedem edidit ut et ipsum flumen plenum cadaveribus esset et in terra caesi non facile numerari possent. cum hoc essent in statu res Thraciae, non mediocres nec digestu faciles Gratianum casus circumstabant. nam iis obtemperans qui principum mores in aulis corrumpere solent, Alanos quosdam transfugas susceptos et militum numeris adscriptos muneribus largis cohonestabat, tantique faciebat ut eis maximi res momenti crederet, nulla ratione suorum militum habita. pariebat hoc imperatori apud milites odium; quod paulatim succensum et auctum ad rerum novarum libidinem perpulit cum alios milites tum vel maxime Britannicis in insulis constitutos, ut qui magis contumaciae et iracundiae quam ceteri omnes indulgerent. incitabat etiam magis eos Maximus, Hispanus natione, qui Theodosii principis in Britannia commilito fuerat. is permoleste ferens Theodo-

τευσάμενος. οὗτος δυσανασχετῶν ὅτι Θεοδόσιος ἠξίωτο βασιλείας, αὐτὸς δὲ οὐδὲ εἰς ἀρχὴν ἔντιμον ἔτυχε προελθών, ἀνήγειρε πλέον εἰς τὸ κατὰ τοῦ βασιλέως ἔχθος τοὺς στρατιώτας. οἱ δὲ ῥαδίως ἐξαναστάντες ἀνεῖπον βασιλέα τὸν Μάξιμον, καὶ περιθέντες τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα, παραχρῆμα τὸν Ὠκεανὸν ναυσὶ διαβάντες ταῖς τοῦ Ῥήνου προσωρμίσθησαν ἐκβολαῖς. τῶν δὲ ἐν Γερμανίᾳ καὶ τοῖς μετὰ ταύτην στρατοπέδων ἀσμενέστατα τῇ ἀναρρήσει θεμένων, ἀντικαθίστατο Γρατιανὸς εἰς μάχην αὐτῷ, μέρος οὐ μικρὸν ἔτι τοῦ στρατοπέδου συναγωνιζόμενον ἔχων. ὡς δὲ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἀλλήλαις, ἀκροβολισμοὶ μὲν ἐπὶ πέντε μόνας ἡμέρας ἐγίνοντο, θεασάμενος δὲ ὁ Γρατιανὸς πρότερον μὲν τὴν Μαυρουσίαν ἅπασαν ἵππον ἀποχωρήσασαν καὶ Μάξιμον ἀναβοήσαντας Αὔγουστον, εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ βραχὺ τῇ μερίδι Μαξίμου θεμένους, ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσι, τριακοσίους ἱππέας ἀναλαβὼν σὺν αὐτοῖς ἔφυγε προτροπάδην ἐπὶ τὰς Ἄλπεις. εὑρὼν δὲ ταύτας ἀφυλάκτους ἐπὶ Ῥαιτίας ἐχώρει καὶ Νωρικὸν Παιονίας τε καὶ τὴν ἄνω Μυσίαν. οὐκ ἀμελήσας δὲ τῆς αὐτοῦ φυγῆς Μάξιμος τὸν ἵππαρχον Ἀνδραγάθιον, ὁρμώμενον μὲν ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου, δοκοῦντα δὲ εὔνουν εἶναι, μετὰ καρτερωτάτων ἵππων ἐκπέμπει διώξοντα. ὁ δὲ συντόνῳ ὁρμῇ διώκων, καταλαβών τε διαβαίνειν ἐθέλοντα τὴν ἐν τῇ Σιγιδούνῳ γέφυραν, κατασφάζει, οὕτω τε βεβαιοτέραν Μαξίμῳ τὴν βασιλείαν πεποίηκεν. Valentinianus II. et Theodosius.

7 Leunclavius post ταύτην supplet τόποις. 16 οὐκ ἀφυλάκτους S, εὐφυλάκτους R. 18 ὕπαρχον P.

sium quidem habitum fuisse dignum imperio, se vero nullum ad honorificum magistratum pervenisse, magis etiam milites ad imperatoris odium irritabat. illi facile ad seditionem impulsi Maximum imperatorem appellant, ac tradita illi cum diademate purpura, confestimque transmisso navibus oceano, ad ostia Rheni appulerunt. exercitibus autem qui erant in Germania ceterisque secundum hanc regionibus, summa cum benevolentia designationem hanc approbantibus, obiiciebat ei se Gratianus proelio congressurus, quod non exigua pars exercitus adhuc ab ipso staret. ubi copiae propius ad se in vicem accessissent, ad quinque dies inter se velitationibus utebantur. conspicatus autem Gratianus primo Mauros equites universos discessionem fecisse ac Maximum Augustum conclamasse, deinde ceteros etiam paulatim ad Maximi partes transire, desperatis rebus, sumptisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugit. eas cum nullo munitas praesidio repperisset, versus Raetias et Noricum et Pannonias et Moesiam superiorem tendit. hac illius fuga non neglecta Maximus magistrum equitum Andragathium, oriundum Ponto Euxino, qui esse peramico in ipsum animo videretur, cum equis laborem tolerantibus ad eum persequendum mittit. is impetu continuo Gratianum persequens, cum Sigiduni pontem transiturum assecutus esset, occidit, atque hoc modo stabilius imperium Maximo reddidit.

36. Ἄξιον δὲ τῶν ἱστορουμένων τι μὴ παραλιπεῖν τῆς παρούσης ἀφηγήσεως οὐκ ἀλλότριον. ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην ἱερατικοῖς τέλεσιν ἔφερον οἱ ποντίφικες τὰ πρῶτα. τούτους γεφυραίους ἄν τις καλέσειεν, εἰ πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἡ προσηγορία μετενεχθείη. ταύτης δὲ ἔτυχον τῆς ἐπικλήσεως ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν ἀνθρώπων οὐδέπω τὴν διὰ τῶν ἀγαλμάτων ἐπισταμένων τιμήν, ἐν Θεσσαλίᾳ πρῶτον ἐδημιουργήθη θεῶν δείκηλα. ἑδῶν δὲ οὐκ ὄντων (ἄγνωστος γὰρ ἦν καὶ τούτων ἡ χρεία) τὰ τῶν θεῶν ἐκτυπώματα τῇ κατὰ τὸν Πηνειὸν γεφύρᾳ καθίδρυσαν, τοὺς ἱερᾶσθαι τοῖς θεοῖς λαχόντας ἐκ τῆς πρώτης καθιδρύσεως γεφυραίους ἐξονομάσαντες. τοῦτο παραλαβόντες ἀφ' Ἑλλήνων Ῥωμαῖοι τοὺς πρώτην τὴν παρ' αὐτοῖς ἱερατικὴν ἔχοντας τάξιν ποντίφικας προσηγόρευσαν· οἷς συναριθμεῖσθαι τοὺς βασιλέας διὰ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερέχον ἐνομοθέτησαν. καὶ ἔτυχε τούτου Νομᾶς Πομπίλιος πρῶτος, καὶ πάντες ἑξῆς, οἵ τε λεγόμενοι ῥῆγες καὶ μετ' ἐκείνους Ὀκταβιανός τε αὐτὸς καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον τὴν Ῥωμαίων διαδεξάμενοι μοναρχίαν· ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἕκαστον τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἡ ἱερατικὴ στολὴ παρὰ τῶν ποντιφίκων αὐτῷ προσεφέρετο, καὶ παραχρῆμα ποντίφιξ μάξιμος ἀνεγράφετο, ὅπερ ἐστὶν ἀρχιερεὺς μέγιστος. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες ἀσμενέστατα φαίνονται δεξάμενοι τὴν τιμὴν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ χρησάμενοι ταύτῃ, ἐπειδὴ εἰς Κωνσταντῖνον ἦλθεν ἡ βασι-

12 πρώτην τὴν] immo τὴν πρώτην. 22 legendum videtur καὶ δὴ καὶ Κωνσταντῖνος, ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ἦλθεν ἡ βασιλεία. S.

36. Fuerit autem pretium operae quiddam memoriae proditum non omitti, quod a narratione praesenti non sit alienum. in collegiis sacerdotum Romae pontifices primas tenebant; quos, si vox istaec Graecam in linguam transferatur, gephyraeos a pontibus dicere liceat. hanc autem appellationem huiusmodi quadam ex causa nacti sunt. cum necdum homines cultum qui per imagines exhibetur intelligerent, prima in Thessalia deum simulacra facta sunt. cumque ne sacraria quidem adhuc essent (nam et illorum incognitus erat usus), effigies divinas in Penei fluminis ponte statuebant, indito illis vocabulo, qui deum praefecti sacris essent, ut a prima simulacrorum collocatione Gephyraei, quasi si pontanos dicas, nuncuparentur. hoc a Graecis accepto, Romani eos qui sacerdotum in collegiis apud ipsos locum principem obtinerent pontifices appellarunt; simulque sanxerunt ut eorum in numero reges etiam propter dignitatis excellentiam censerentur. primus quidem Numa Pompilius hunc honorem adeptus est, omnesque deinceps qui reges appellati sunt; ac post illos Octavianus ipse, quique post eum Romano imperio successerunt. simul enim atque summum imperium quisque consequebatur, amictus ei sacerdotalis offerebatur a pontificibus, et continuo in catalogum pontificum maximorum referebatur. ac ceteri quidem principes universi lubentissimis animis hunc honorem accepisse et hoc usi titulo videntur, atque Constantinus etiam, potitus imperio, licet is a recta sacris in rebus via

λεία, καὶ ταῦτα τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ τῆς περὶ τὰ θεῖα τραπεὶς καὶ τὴν Χριστιανῶν ἑλόμενος πίστιν, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἑξῆς οἱ ἄλλοι καὶ Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης. τῶν οὖν ποντιφίκων κατὰ τὸ σύνηθες προσαγαγόντων Γρατιανῷ τὴν στολὴν ἀπεσείσατο τὴν αἴτησιν, ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας. τοῖς τε ἱερεῦσι τῆς στολῆς ἀναδοθείσης φασὶ τὸν πρῶτον ἐν αὐτοῖς τεταγμένον εἰπεῖν "εἰ μὴ βούλεται ποντίφιξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται ποντίφιξ μάξιμος."

37. *Ἡ μὲν οὖν Γρατιανοῦ βασιλεία τοιαύτην ἔσχε τὴν τελευτήν, Μάξιμος δὲ τὴν βασιλείαν ἔχειν ἐν ἐχυρῷ πιστευσάμενος ἔστειλε πρὸς Θεοδόσιον βασιλέα πρεσβείαν οὐ συγγνώμην αἰτοῦσαν ἐφ᾽ οἷς εἰς Γρατιανὸν ἔπραξεν, ἀλλά τι καὶ βαρύτητος ἐν ἑαυτῇ φέρουσαν. ἦν δὲ ὁ πρὸς τοῦτο σταλεὶς ὁ τοὺς βασιλικοὺς φυλάττειν ἐπιτεταγμένος κοιτῶνας, οὐκ εὐνοῦχός τις ὢν (οὐδὲ γὰρ εὐνούχους ὁ Μάξιμος ἐπιστῆσαι τῇ τῆς αὐλῆς ἠνέσχετο φυλακῇ), πρεσβύτης δὲ τῶν ἐκ νεότητος αὐτῷ προσεδρευσάντων. ᾔτει δὲ τὸν Θεοδόσιον ἡ πρεσβεία σπονδὰς καὶ ὁμόνοιαν καὶ ὁμαιχμίαν κατὰ παντὸς πολεμίου Ῥωμαίοις, ἢ ἀπειθοῦντι δυσμένειαν καὶ μάχην προήγγελλε. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐδέχετό τε βασιλέα Μάξιμον εἶναι, καὶ εἰκόνων αὐτῷ κοινωνεῖν καὶ βασιλέως προση-* a. 384
γορίας ἠξίου, λάθρα μὲν τὸν κατ᾽ αὐτοῦ πραγματευόμενος πόλε-

8 duplex inest sensus. primum enim significat Gratianum, quia nomen pontificis maximi dedignatus sit, brevi re ipsa fore pontificem maximum suoque sanguine pontem infecturum; deinde, quia ipse pontifex esse detrectaverit, brevi Maximum pro eo et imperatorem futurum et pontificem. *S.*

deflexerit et fidem Christianorum amplexus sit; itemque post illum reliqui ordine secuti, et Valentinianus et Valens. cum ergo pontifices ex more talem Gratiano amictum attulissent, aversatus est id quod petebant, ratus non esse fas illiusmodi habitu Christianum uti. cumque stola flaminibus reddita fuisset, aiunt eum qui dignitate princeps inter eos erat dixisse "si princeps non vult appellari pontifex, admodum brevi pontifex maximus fiet."

37. Igitur Gratiani principatus exitum huiusmodi habuit. Maximus autem, qui possidere se iam tuto crederet imperium, legatos ad Theodosium imperatorem misit, non qui veniam admissorum adversus Gratianum peterent, sed praeterea grave quiddam secum perferrent. et erat is qui missus hoc nomine fuit augustalium cubiculorum praepositus, non spado quispiam (nec enim Maximus ferre poterat ut praetorii custodiae spadones praeficerentur) sed vir aetate gravis, ex illorum numero qui a prima aetate cum eo versati fuerant. postulabat autem legatus hic a Theodosio foedus et concordiam et adversus quemque Romanorum hostem belli societatem; vel si postulatis non fuisset assensus, inimicitias et bellum denuntiabat. hic vero admittere Theodosius ut Maximus imperator esset, simulque dignum ducere qui secum statuarum et imperatorii nominis esset particeps: verum clam in eum bellum

μιον, παντὶ δὲ θωπείας εἴδει καὶ θεραπείας αὐτὸν καταστρατηγῶν, ὥστε καὶ Κυνηγίῳ τῷ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ πεμπομένῳ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, προστεταγμένῳ τε πᾶσι τὴν εἰς τὰ θεῖα θρησκείαν ἀπαγορεῦσαι καὶ κλεῖθρα τοῖς τεμένεσιν ἐπιθεῖναι, τὴν Μαξίμου εἰκόνα δεῖξαι τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπέταξεν, ἀναθεῖναί τε δημοσίᾳ ταύτην, καὶ ὅτι συμβασιλεύσειν ἔλαχεν αὐτῷ προφωνῆσαι τῷ δήμῳ. Κυνήγιος μὲν οὖν καὶ ἐν τούτῳ τὸ προσταχθὲν ἐπλήρου καὶ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν ἱερῶν καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπέκλεισε τὰς εἰσόδους, θυσίας τε εἶρξε τὰς ἐξ αἰῶνος νενομισμένας καὶ πᾶσαν πάτριον ἁγιστείαν.

a. 386 38. Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦδε τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ συμβάντα δείξει τῶν πραγμάτων ἡ κατὰ μέρος ἀφήγησις. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἔθνος τι Σκυθικὸν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον ἐφάνη πᾶσιν ἄγνωστον τοῖς ἐκεῖσε νομάσιν· ἐκάλουν δὲ Γροθίγγους αὐτοὺς οἱ ταύτῃ βάρβαροι. πλῆθος τοίνυν ὄντες καὶ ὡπλισμένοι κατὰ τὸ δέον, καὶ προσέτι γε ῥώμῃ διαφέροντες, ῥᾷστα διαδραμόντες τοὺς ἐν μέσῳ βαρβάρους παρ' αὐτὴν ἐληλύθασι τοῦ Ἴστρου τὴν ὄχθην, καὶ τὴν διάβασιν αὐτοῖς ᾔτουν ἐπιτραπῆναι τοῦ ποταμοῦ. Πρόμωτος δὲ τὴν τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων ἐπιτετραμμένος ἀρχήν, συμπαρατείνας ἐπὶ μήκιστον τῇ ᾐόνι τοῦ ποταμοῦ τὰ στρατόπεδα τὴν πάροδον τοῖς βαρβάροις ἀπέκλειε. ταῦτα δὲ πράττων καὶ ἐφ' ἑτέραν ὁδὸν ἦλθε τοιάνδε. συγκαλέσας τῶν

14 Προθίγγους libri: corr Salmasius.

moliri et omni assentationis ac observantiae genere hominem circumvenire, adeo quidem ut etiam daret in mandatis Cynegio, praefecto praetorii, cum eum ablegaret in Aegyptum et omnibus numinum religione per ipsum interdici ac fana claudi praecepisset, ut imaginem Maximi conspiciendam Alexandrinis exhiberet, publice poneret et consortem hunc imperii factum esse habita ad populum oratione declararet. qua quidem in re Cynegius, quod imperatum fuerat, praestitit; aditusque templorum per Orientem et universam Aegyptum et ipsam Alexandriam occlusit, sacrificiaque ab omni aevo usitata cum omni patrito cultu prohibuit.

38. Quae autem ab eo tempore hucusque Romano imperio acciderint, ipsarum rerum commemoratio particulatim instituta monstrabit. sub eadem haec tempora natio quaedam Scythica trans Istrum prodiit, omnibus istic incolis ignota; quos eorum locorum barbari Grothingos appellant. hi cum multitudine abundarent et armis necessariis instructi essent, praetereaque robore corporis excellerent, nullo negotio peragratis interiectorum barbarorum terris ad ipsam usque ripam Istri pervenerunt et fluminis transmittendi copiam sibi concedi postularunt. Promotus autem militum in iis locis magister, exercitibus ad ripam fluminis, qua fieri poterat, longissime porrectis, a transitu barbaros arcebat. et haec agens aliam quoque viam huiusmodi repperit. convocatis nonnullis qui linguam eorum callebant, et quibus maxime

αἰσθανομένων τῆς ἐκείνων διαλέκτου τινάς, οἷς μάλιστα ἐγνώκει τὰ τοιαῦτα θαρρεῖν, ἐπὶ προδοσίᾳ καθεῖναι λόγους τοῖς βαρβάροις τούτοις ἀφίησιν. οἱ δὲ ὑπὲρ τοῦ δοθῆναι τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν μετὰ τοῦ στρατεύματος ἁδρὸν ἀπῄτουν μισθόν. τῶν δὲ βαρβάρων πρὸς τὸ τοῦ μισθοῦ πλῆθος ἀρκεῖν οὐ φησάντων, πίστιν τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐμποιοῦντες οἱ ἐσταλμένοι παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τοῖς ἐξ ἀρχῆς προταθεῖσιν ἐπέμενον, σμικρῦναι κατά τι τὸ κέρδος οὐκ ἀνεχόμενοι. συνδραμόντων δὲ εἴς τι ποσὸν ἀμφοτέρων, ἐγίνοντο μὲν ἐν παραβύστῳ περὶ προδοσίας συνθῆκαι, καὶ συνεδόκει μέρος μέν τι τοῦ μισθοῦ παραχρῆμα κομίσασθαι τοὺς προδότας, τὸ δὲ λειπόμενον τῷ καιρῷ φυλάξαι τῆς νίκης. ἐπεὶ δὲ καὶ ὅπως ἀρθῆναι τὰ σημεῖα ἔδει καὶ τὸν καιρὸν ἔταξαν καθ' ὃν ἐχρῆν τὰς προδοσίας εἰς ἔργον ἐλθεῖν, ἀπαγγέλλουσι τῷ στρατηγῷ τὸ συγκείμενον, καὶ ὡς νυκτὸς ἐπιγενομένης οἱ βάρβαροι μέλλοιεν ἔργου τε ἅπτεσθαι καὶ τὴν διάβασιν κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ποιεῖσθαι στρατεύματος. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι τὸ τῆς δυνάμεως ἀκμαιότατον πλήθει μονοξύλων ἐμβιβάσαντες ἔταξαν πρῶτον διαβῆναι καὶ τοῖς στρατιώταις ἔτι καθεύδουσιν ἐπελθεῖν, εἶτα ἐπὶ τούτοις τοὺς ἐν ἰσχύϊ μέσην ἔχοντας τάξιν, ὡς ἂν τοῖς πρώτοις ἤδη τῆς ἐπιθέσεως ἀρξαμένοις συνεπιλάβοιντο, καὶ οὕτως ἑξῆς τὴν ἄχρηστον ἅπασαν ἡλικίαν, ἐπὶ κατωρθωμένοις ἤδη πράγμασιν ὡραΐζεσθαι μέλλουσαν. (39) ὁ δὲ στρατηγὸς Πρόμωτος ἐκ τῶν ἐπὶ προδοσίᾳ σταλέντων ἅπαντα ταῦτα προδιδαχθεὶς πρὸς τὰ τοῖς βαρβάροις σκε-

2 καθεῖλε LP.

decrevisset in talibus fidere, hos ipsos dimittit, ut de proditione barbaris hisce mentionem iniicerent. ingens hi praemium petunt a barbaris, si tradi sibi ducem Romanum cum exercitu vellent. cum barbari dicerent eius praemii magnitudinem suas superare facultates, vicissim qui missi a duce fuerant, quo verbis suis fidem facerent, iis insistebant quae ab initio proposuissent, nec sibi de lucro quicquam decidi permittebant. posteaquam utrinque de certa quadam summa convenisset, clam de proditione paciscuntur; et utrisque visum est debere partem aliquam praemii statim proditores accipere, reliquo ad victoriae tempus reservato. ubi iam constitutum fuisset quo pacto signa danda et quo esset exsequenda tempore proditio, duci rem, uti composita fuisset, nuntiant, et quod, ubi nox advenisset, facinus barbari aggressuri essent et adversus exercitum Romanum transiecturi. partem igitur exercitus sui robustissimam, lintribus impositam plurimis, primo loco transiicere barbari iusserunt et milites adhuc dormientes adoriri; deinde alios, qui ratione roboris medium velut ordinem obtinebant, ut primis aggressionem exorsis opem ferrent; atque ita tandem reliquam omnem aetatem inutilem, quae se rebus iam praeclare confectis esset ostentatura. (39) de quibus omnibus iam ante dux copiarum Promotus ab iis qui nomine proditionis ablegati fuerant edoctus ad occurrendum consiliis barbarorum se parat, navibus ita con-

φθέντα παρεσκευάζετο, τὰς ναῦς ἀντιπρώρους στήσας ἀλλήλαις, καὶ τὸ μὲν βάθος πλοίοις τρισὶ πληρώσας, φροντίσας δὲ μήκους ὅτι μάλιστα πλείονος ἐπὶ σταδίους εἴκοσι τοῦ ποταμοῦ τὴν ἠϊόνα κατέλαβε, τοῖς ἐναντίοις ἐπὶ τοῦτο τὴν διάβασιν ἀποκλείων, τοῖς δὲ λοιποῖς ἀπαντῶν μονοξύλοις ἤδη διαβαίνειν ἐπιχειροῦσι, καὶ οἷς ἐνετύγχανε καταδύων. ἀσελήνου δὲ τῆς νυκτὸς οὔσης ἀγνοοῦντες οἱ βάρβαροι τὴν τῶν Ῥωμαίων παρασκευὴν ἔργου τε ἥπτοντο καὶ σιγῇ καὶ ἡσυχίᾳ πολλῇ τοῖς μονοξύλοις ἐνέβαινον, ἀγνοεῖν πάντῃ τὰ βεβουλευμένα τοὺς Ῥωμαίους ἡγούμενοι. τῶν δὲ σημείων ἀρθέντων οἱ τὴν προδοσίαν μηχανησάμενοι, τῷ στρατηγῷ προμηνύσαντες ἕκαστα καὶ ἁρμοσάμενοι τῇ τῶν πολεμίων παρασκευῇ, ταῖς τε ναυσὶ μεγάλαις οὔσαις καὶ εἰρεσίᾳ καρτερωτάτῃ χρωμέναις ἐπέπλεον καὶ τὰ προστυγχάνοντα πάντα κατέδυον, οὐδενὸς τῶν ἀποπιπτόντων διὰ τὸ τῆς πανοπλίας βάρος οἵου τε γενομένου σωθῆναι. τὰ δὲ τοὺς ταῖς ναυσὶ περιπλέοντας διαφυγόντα μονόξυλα, καὶ τοῖς εἰς μῆκος ἡγμένοις πλοίοις περιπεσόντα, παντὶ τῷ προσπεσόντι βαλλόμενα σὺν αὐτοῖς ἀπώλετο τοῖς ἀνδράσιν, οὐδενὸς ὑπερβῆναι τὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων διάφραγμα δυνηθέντος. φόνου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ οἷος οὔπω πρότερον ἐν ναυμαχίᾳ συνέβη, σωμάτων μὲν ὁ ποταμὸς ἐπληροῦτο καὶ ὅπλων ὅσα φύσιν εἶχεν ὑπὲρ τοῦ ὕδατος αἰωρεῖσθαι, εἰ δέ πού τινες οἷοί τε γεγόνασι διαβῆναι νηχόμενοι, τοῖς περὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ ποταμοῦ παροῖς ἐμπεσόντες ἀπώλοντο. τοῦ δὲ ἀκμάζοντος παντὸς ἐν τοῖς

16 ἡγμένοις S: libri συγμένοις. 23 παροῦσι Leunclavius, πλοίοις S.

stitutis ut obversas in vicem sibi proras haberent. latitudinem aciei navalis efficit eam quae navigiis tribus constaret: longitudinis autem maioris inprimis habita ratione, ad viginti usque stadia ripam fluminis occupat; qua quidem re adversos a transiectu excludebat; et reliquis occurrens qui lintribus transmittere conarentur, in quoscunque delatus esset, eos submergebat. cumque nox esset illunis, ignorantes apparatum Romanorum barbari, facinus ipsum exordiebantur, magno cum silentio lintres ingressi, ratique Romanos consilia sua prorsus latere. signis autem datis, cum proditionis auctores de singulis ducem praemonuissent ac propius ad hostilem apparatum accessissent, navibus magnis et remigio validissimo utentibus invehebantur, obviaque cuncta submergebant, cum nemo desilientium propter armorum pondus evadere posset. lintres autem illi, quicunque vitaverant Romanos navibus circumvectos, cum in porrectas in longitudinem naves incidissent, quibusvis offerentibus sese telis petiti cum ipsis viris interibant, adeo quidem ut navium Romanarum septum illud nemo transi
qualis antea necdum ullo navali proelio pa
pleri et armis, quorum quidem esset ea
qui natando transiicere potuissent, i
lati peribant. hoc modo cum flos ip

βαρβάροις διαφθαρέντος, ἐπὶ τὴν λείαν ἐχώρουν οἱ στρατιῶται, παιδάρια μὲν ἀπάγοντες καὶ γύναια, καὶ τῆς ἀποσκευῆς γενόμενοι κύριοι. τότε δὴ καὶ ὁ στρατηγὸς Πρόμωτος οὐ πόρρω που τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ὄντα μετακαλέσας ἐποιεῖτο μάρτυρα τοῦ κατορθώματος. ὁ δὲ τῶν αἰχμαλώτων τὸ πλῆθος καὶ τὸν ὄγκον τῶν λαφύρων τεθεαμένος ἀνῆκέ τε τοὺς αἰχμαλώτους ἀδέτους καὶ δωρεαῖς ἐφιλοφρονεῖτο, διὰ τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας εἰς τὸ αὐτομολῆσαι προτρέπων, καὶ ἄλλως εἰς τὸν κατὰ Μαξίμου συνοίσοντάς οἱ πόλεμον. ὁ μὲν οὖν Πρόμωτος ἐπέμενε τῇ τῆς Θρᾴκης ἐφεστὼς φυλακῇ καὶ πρὸς τὸν εἰρημένον πόλεμον ἐν παραβύστῳ γινόμενος εὐτρεπής· ἕτερον δέ τι παραπλήσιον ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ συμβὰν ἄξιον ἀφηγήσασθαι.

40. Πόλις ἔστιν ἐν τῇ κατὰ Θρᾴκην Σκυθίᾳ Τομεὺς ὀνομαζομένη. τῶν ἐνιδρυμένων ταύτῃ στρατιωτῶν ἡγεῖτο Γερόντιος, ἀνὴρ καὶ ῥώμῃ σώματος καὶ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν χρείαν ἀρκῶν. ἦσαν δὲ πρὸ ταύτης τῆς πόλεως ὑπὸ βασιλέως ἀριστίνδην ἐνστάντες βάρβαροι, τῇ τε τῶν σωμάτων ἀνατρέχοντες εὐφυΐᾳ καὶ ἀνδρίᾳ πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντες. οὗτοι καὶ σιτήσεων ὑπὲρ τοὺς στρατιώτας καὶ ἄλλων παρὰ βασιλέως ἠξιωμένοι δωρεῶν οὐκ εὐνοίᾳ τὰς εἰς αὐτοὺς ἀμείβεσθαι διενοοῦντο τιμὰς ἀλλὰ τῇ εἰς τὸν ἄρχοντα ὑπεροψίᾳ καὶ τῇ περὶ τοὺς στρατιώτας καταφρονήσει. ταύτης αὐτῶν αἰσθανόμενος τῆς προαιρέσεως ὁ Γερόντιος, καὶ ὡς ἐγχειρῆσαι

15 post σώματος omissum videtur προέχων aut simile quoddam participium. *S.* 16 ἐκστάντες P. 17 πολὺ *S*: libri πολλῇ.

fuisset, ad praedam se milites convertebant, pueros et mulierculas abducentes et apparatu barbarorum potiti. tunc etiam dux copiarum Pro[illegible] cessitum imperatorem Theodosium, qui non procul aberat, rei fortiter [illegible] testem fecit. ille multitudinem captivorum et spoliorum molem [illegible] captivos vinculis liberatos dimisit et muneribus demulsit, hac [illegible] pelliciens ut ad se sponte transirent; quod etiam ceteroqui [illegible] tura ipsi esset utilis ad bellum contra Maximum gerendum. [illegible] quidem mansit in officio, Thraciae custodiendae praefectus, [illegible] quod diximus secreto paratus. fuerit autem operae pretium [illegible] simile, quod eodem tempore accidit, narrari.

40. Est oppidum in ea Scythia quae Thracia [illegible] vocant. huius oppidi militibus praesidi[illegible] tius, vir robore corporis excellens et ad us[illegible] autem extra oppidum barbari quidam a pr[illegible] habitu collocati, qui et corporum dotibu[illegible] virilibus animis ceteros superabant. hi [illegible] mur[illegible] imperatore donati [illegible] [illegible]tabant, sed desp[illegible] [illegible]tate coge[illegible] [illegible]e statuis

διανοοῦνται τῇ πόλει καὶ συνταράξαι τὰ καθεστῶτα, κοινοῦται τῶν στρατιωτῶν τοῖς φρονήσει μάλιστα διαφέρουσιν, ἐπεξελθεῖν τῇ τῶν βαρβάρων ἀσελγείᾳ καὶ ὕβρει βουλόμενος. ὡς δὲ διὰ δειλίαν ἑώρα ὀκνοῦντας καὶ αὐτὸ τὸ κίνημα τῶν βαρβάρων δεδιότας, ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα καὶ τῶν ὑπασπιστῶν σφόδρα εὐαριθμήτους παντὶ τῷ τῶν βαρβάρων ἀντετάττετο πλήθει, καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσας ἀπήντα, τῶν στρατιωτῶν ἢ καθευδόντων ἔτι καὶ τῷ ὄκνῳ πεπεδημένων, ἢ πρὸς τὸ τεῖχος ἀναδραμόντων καὶ τὰ γινόμενα θεωμένων. τοῖς δὲ βαρβάροις ἐπῄει γελᾶν τὴν τοῦ Γεροντίου παραφροσύνην, καὶ θανατᾶν οἰόμενοι τὸν ἄνθρωπον ἔπεμπον αὐτῷ τοὺς ἐν ἑαυτοῖς ἀλκῇ διαφέροντας. ὁ δὲ τῷ πρῶτον ἐπελθόντι συμπλακεὶς καὶ τὴν ἀσπίδα συντόμως χειρίσας ἐμάχετο καρτερῶς, ἄχρις ὅτε τῶν ὑπασπιστῶν τις, ἰδὼν συμπεπλεγμένους αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἀπέκοψε τῷ ξίφει τοῦ βαρβάρου τὸν ὦμον καὶ τοῦ ἵππου κατήγαγε. καταπλαγέντων δὲ τῶν βαρβάρων τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀνδρεῖόν τε ἅμα καὶ θαρραλέον, ἅμα τε ὁ Γερόντιος ἄλλοις τῶν πολεμίων ἐπῄει, καὶ θεωροῦντες οἱ ἐκ τοῦ τείχους τὰ πραττόμενα παρὰ τοῦ σφῶν στρατηγοῦντος ἀνεμνήσθησαν τοῦ Ῥωμαίων ὀνόματος, καὶ ἐπεξελθόντες ἤδη καταπεπληγμένους τοὺς ἐκπεσόντας κατέσφαξαν· τοὺς δὲ ἀποδράντας ἐδέχετο παρὰ Χριστιανῶν τιμώμενον οἰκοδόμημα, νομιζόμενον ἄσυλον. ὁ μὲν οὖν Γερόντιος τῶν ἐπηρτημένων τὴν Σκυθίαν ἐλευθερώσας κινδύνων, καὶ τῶν

10 ἐπέπεμπον? 19 κατακεκλεγμένους libri: corr S. 20 ἀποδράσαντας P.

aliquid molituri essent statumque rerum conturbaturi, consilium suum cum prudentissimis quibusque militibus, petulantiam et iniurias barbarorum punire volens, communicat. cum autem eos ob metum cunctabundos cerneret, qui vel ipsum barbarorum incessum timerent, sumptis armis et admodum paucis satellitibus adversus universam barbarorum multitudinem semet obiecturus instruit, apertisque portis prodit, militibus vel adhuc dormientibus et metu ceu compage quadam vinctis, vel in muros accurrentibus et quae gererentur spectantibus. barbaris autem ridere Gerontii dementiam subiit; et quod hominem cupidum mortis existimarent, quosdam robore praestantes adversus eum mittunt. Gerontius cum eo congressus qui primus irruerat, cum manu parmam celeriter prehendisset, fortiter dimicat, donec quidam ex satellitibus, conspicatus eos lucta manu implicatos, humerum barbari gladio abscidisset et hominem equo deturbasset. obstupefactis autem barbaris ob viri fortitudinem et audaciam, simul Gerontius alios ex hostibus adoritur; et qui erant in muris, conspicientes ea quae ab ipsorum duce gererentur, Romani nominis ad animos revocata memoria, barbaros aggrediuntur et erumpentium terrore perculsos occidunt. qui aufugerant, in aedificium se recipiebant quod a Christianis habetur in honore proque asylo ducitur. ac Gerontius quidem ab imminentibus periculis liberata Scythia, et barbaris hanc aggressis eximia

ἐπαναστάντων αὐτῇ βαρβάρων ἀνδρίας ὑπερβολῇ καὶ μεγαλοψυχίᾳ κρατήσας, τὰς παρὰ τοῦ βασιλεύοντος ἀμοιβὰς προσεδέχετο· Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς οὐ μετρίως ἀγανακτήσας ὅτι βάρβαροι τοσαύτης ἠξιωμένοι παρ' αὐτοῦ τιμῆς ἀνῃρέθησαν, εἰ καὶ τοῖς πράγμασιν ἔτυχον λυμηνάμενοι, συναρπάζει τε τὸν Γερόντιον παραχρῆμα καὶ λόγον τῆς ὑπὲρ Ῥωμαίων ἀριστείας ἀπῄτει. τοῦ δὲ καὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων αὐτῶν ἐπανάστασιν ἀπελέγχοντος, διεξιόντος τε τὰς ἁρπαγὰς καὶ τὴν τῶν οἰκητόρων ἀπώλειαν, τούτων μὲν οὐδενὶ προσεῖχεν ὁ βασιλεύς, ἐνίστατο δὲ τῷ μὴ διὰ τὸ κοινῇ λυσιτελὲς ἀλλ' ἐπιθυμίᾳ τῶν παρὰ βασιλέως αὐτοῖς δεδωρημένων, ὡς ἂν μὴ ἐλεγχθείη ταῦτα κερδάνας, ἐκποδὼν αὐτοὺς ἐθελῆσαι ποιῆσαι. τοῦ δὲ καὶ ταῦτα τῷ δημοσίῳ λέγοντος πεπομφέναι μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν (ἦν δὲ περιαυχένια χρυσᾶ παρὰ βασιλέως αὐτοῖς δεδομένα πρὸς κόσμον), μόλις ἣν εἶχε διανείμας τοῖς εὐνούχοις οὐσίαν οἷός τε γέγονε τῶν περιεστώτων ἐξαιρεθῆναι κινδύνων, ἄξια τῆς εἰς Ῥωμαίους εὐνοίας ἐκτίσας τὰ ἐπίχειρα.

41. Τῶν δὲ ὑπὸ τὴν Θεοδοσίου βασιλείαν οὕτω διεφθαρμένων, καὶ σπουδαίου μὲν οὐδενὸς εἰς ἀρετὴν φέροντος ἐπαινουμένου, παντὸς δὲ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας εἴδους κατὰ πῆχυν (τὸ λεγόμενον) ἐφ' ἑκάστης ἐπιδιδόντος, οἱ τὴν ἐν Συρίᾳ μεγάλην Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες, οὐ φέροντες τὴν ἐπὶ τοῖς δημοσίοις φόροις ὁσημέραι παρὰ τῶν πρακτόρων ἐπινοουμένην προσθήκην, εἰς στάσιν ἀνέστησαν, καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως καὶ a. 387

16 ἐπιχείρια L.

fortitudine ac magnanimitate victis, ab imperatore praemia quaedam exspectabat. Theodosius autem non mediocriter iratus ob interemptos barbaros, quos ipse tanto dignatus esset honore, quantumvis exitio rei publicae fuissent, confestim Gerontium corripit et ab eo rationem rei pro Romanis strenue gestae poscit. illo rebellionis eos adversus Romanos arguente, simulque rapinas et incolarum exitium commemorante, horum nullo moveri princeps, sed in eo persistere, Gerontium non utilitatis publicae causa sed ob libidinem adipiscendi barbaris ab imperatore donata, ne lucris istis potitus convinci posset, illos e medio tollere voluisse. Gerontio respondente se ista quoque post ipsorum caedem fisco misisse (erant autem aurei torques, ad ornatum eis a principe donati) vix facultatibus, quas habebat, in eunuchos distributis eripere se periculis imminentibus potuit, dignis scilicet fide in rem publicam Romanam sua praemiis persolutis.

41. Cum essent in imperio Theodosiano res in hunc modum perditae, ac nihil egregium, quod ad virtutem tenderet, laudaretur, sed omne deliciarum et luxuriae genus ulnatim, ceu proverbio dici solet, quotidie sumeret incrementum, magnae illius Antiochiae Syriacae cives, non ferentes publicorum cumulationes tributorum, quae singulos in dies ab exactoribus excogitabantur seditionem moverunt, et tam ipsius principis quam Augustae statuis

τῆς τούτῳ συνοικούσης αἰσχρῶς καθελόντες φωνὰς ἀφῆκαν τῶν μὲν πραττομένων οὐκ ἀναξίας, οὐκ ἔξω μέντοι στωμυλίας καὶ τῆς συνήθους αὐτοῖς ἀστειότητος. ἐπεὶ δὲ τοῖς παρ᾽ αὐτῶν γεγενημένοις ὁ βασιλεὺς κινηθεὶς ἠπείλει τῷ πταίσματι δίκην ἀξίαν ἐπιθεῖναι, δέει τῆς βασιλέως ὀργῆς ἐδόκει τῇ βουλῇ πρέσβεις ἐκπέμπειν, ὑπὲρ ὧν ὁ δῆμος ἔπραξεν ἀπολογησομένους. αἱροῦνται τοίνυν Λιβάνιόν τε τὸν σοφιστήν, οὗ τὸ κλέος ἐκ τῶν καταλελειμμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ κηρύττεται λόγων, καὶ Ἱλάριον γένους τε λαμπρότητι καὶ παντὶ παιδείας εἴδει προήκοντα. καὶ ὁ μὲν σοφιστὴς τὸν περὶ τῆς στάσεως αὐτῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ λόγον εἰπὼν ἴσχυσε τὸν βασιλέα μεταστῆσαι τῆς κατὰ Ἀντιοχέων ὀργῆς, ὥστε ἀμέλει τούτῳ καὶ τὸν περὶ τῶν διαλλαγῶν ἐπιθεῖναι, τελέως τοῦ βασιλέως τὸ πρὸς τὴν πόλιν ἔχθος ἀποθεμένου· Ἱλάριος δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς ἐπαίνων ἀξιωθεὶς ἄρχειν παρὰ βασιλέως ἐτάττετο Παλαιστίνης ἁπάσης.

42. Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ Θρᾴκην καὶ Ἰλλυρίδα ὄντων ἐν τούτοις, Μάξιμος οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν οἰόμενος αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεσθαι μόνων ἄρχοντι τῶν ὑπὸ Γρατιανῷ πρότερον τεταγμένων ἐθνῶν, διενοεῖτο παραλῦσαι τὸν νέον Οὐαλεντινιανὸν τῆς βασιλείας, εἰ μὲν δύναιτο, πάσης, εἰ δὲ τούτου διαμάρτοι, μέρος γοῦν αὐτῆς, ὅσον ἂν οἷός τε γένοιτο, οἰκειώσασθαι. καὶ ταύτῃ κεκρατημένος τῇ γνώμῃ διαβῆναι τὰς Ἄλπεις καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν χωρῆσαι παρεσκευάζετο. θεωρῶν δὲ ὡς διὰ στενῆς ὁδοῦ

16 Ἰλλυριῶν libri. 20 τούτου S: libri τοῦτο.

foede deiectis voces iactarunt, non illas quidem iis indignas quae gerebantur, sed cum dicacitate tamen et ipsis familiari urbanitate coniunctas. cumque princeps ob ea commotus, quae ab ipsis designata fuerant, merito supplicio se delictum hoc puniturum minaretur, metu irae principis visum est ordini decurionum legatos mittere qui a plebe commissa purgarent. itaque Libanium professorem, cuius famam libri ab eo relicti praedicant, et Hilarium, splendore familiae atque omni eruditionis genere praestantem, deligunt. ac professor ille quidem oratione coram imperatore ac senatu de seditione pronuntiata tantum efficere potuit, ut a concepta adversus Antiochenos ira principem revocaret; obiterque factum est ut ei princeps alteram quoque de reconciliatione orationem iniungeret, inimicitiis adversus urbem prorsus depositis. Hilarius autem, eximiae virtutis causa laudatus, ab imperatore toti Palaestinae cum imperio praefectus est.

42. Cum res Orientis et Thraciae et Illyrici hoc essent in statu, Maximus, qui non ex dignitate res sibi succedere putabat, si solis imperaret iis nationibus quae Gratiano prius paruerant, de Valentiniano regno deiiciendo cogitabat, toto quidem illo, si posset, sin ea spe frustraretur, de parte illius aliqua saltim acquirenda, quantam sane occupare posset. hac opinione victus ad transeundas Alpes et adeundam Italiam se parat. cum autem videret per

22. Dum haec Gainas agit, Uldes Hunnorum eo tempore princeps, non tutum arbitratus esse homini barbaro, suas habenti copias, permittere trans Istrum ut domicilium haberet; praetereaque ratus imperatori se Romanorum rem gratam facturum, si hunc expelleret; ad pugnam cum eo committendam se parat, et coactis copiis aciem adversus hostem instruit. itidem Gainas, qui nec ad Romanos amplius reverti, nec alia via quem minaretur Uldes impetum effugere posset, suis armatis in Hunnos tendit. cum manus non semel sed multoties conseruissent exercitus, strenue Gainae miles aliquot proeliis restitit; tandem compluribus caesis etiam Gainas ipse fortiter et animose pugnans, interfectus est.

Bello Gainae morte finito, Uldes Hunnorum princeps capite ipsius ad Arcadium misso muneribus cultus est, et secundum haec foedus cum Romanis iniit. cum autem res temere fluctuarent, imperatore prudentia destituto, Thracia rursum perturbatur. quippe fugitiva mancipia, cum aliis qui ordines suos deseruerant, cum se Hunnos esse perhiberent, quicquid in agris erat sub dio, diripiunt, donec Fraiutus expeditione suscepta, tum his tum aliis, quoscunque nactus esset, interfectis, eorum locorum colonos extra metum posuit

(23) λίαν ἔγνωκε διαβῆναι, δεδιότες μή ποτε κακῶς διατεθεῖεν τούτῳ περιπεσόντες, ἀπέβησαν τῆς νεὼς ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἤπειρον τόποις, καὶ περὶ τῆς σφῶν βουλευόμενοι σωτηρίας (ἐποίει γὰρ αὐτοῖς ταύτην ἐπισφαλῆ τὸ τοῦ πλημμελήματος ὑπερβάλλον) καιρὸν δεδώκασι τοῖς παρ᾽ αὐτῶν φυλαττομένοις φυγῆς. ἕτεροι δέ φασιν ὡς χρημάτων αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν ἐφιλοτιμήσαντο, οἱ δέ, ὅπως ποτὲ διέφυγον, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθόντες παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐφάνησαν. ἐντεῦθεν ηὐξήθη τῇ συνοικούσῃ τῷ βασιλεῖ τὸ κατὰ Ἰωάννου τοῦ τῶν Χριστιανῶν ἐπισκόπου μῖσος, χαλεπαινούσης πρότερον μὲν αὐτῷ κωμῳδεῖν εἰωθότι κατὰ τὰς συνόδους αὐτὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸ πλῆθος ὁμιλίαις· τότε δέ, μετὰ τὴν Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἐπάνοδον, εἰς τὴν κατ᾽ αὐτοῦ δυσμένειαν ἐμφανῶς ἐξανέστη. πράττουσα δὲ πάντα κατ᾽ ἐξουσίαν ἐκίνει τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν, ὧν ἦν πρῶτος καὶ κορυφαῖος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τῆς κατὰ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος πατρίων ἐπιβουλῆς. προτεθείσης δὲ κρίσεως, ὁρῶν ὁ Ἰωάννης οὐκ ἐξ ἴσης αὐτῷ τὰ πράγματα προβαίνοντα ψήφου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἑκὼν ἀνεχώρει. τοῦ δὲ πλήθους ἐπὶ τούτῳ συνταραχθέντος (ἦν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄλογον ὄχλον ὑπαγαγέσθαι δεινὸς) θορύβου μὲν ἦν πλήρης ἡ πόλις, ἀπείληπτο δὲ ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν. οὗτοι δὲ γάμοις τοῖς κατὰ νόμον ἀπαγορεύ-

dimidio: plura tamen hic deesse satis est perspicuum. *S.* in codice bibliothecae Coislinianae inter *οἰκήτορας* et *λίαν* duae paginae vacuae relictae sunt. *R.*

(23) veriti ne male tractarentur. posteaquam in hoc incidissent, in Epiri locis e navi sunt egressi. dumque de salute sua deliberarent, quam nimia delicti magnitudo reddebat dubiam, fugae spatium concesserunt iis quos custodiebant. alii data pecunia dimissos fuisse narrant. illi vero, quocunque tandem modo evasere, Cpolim praeter omnem spem reversi, principi, senatui, reliquis omnibus se conspiciendos exhibuerunt. hinc auctum fuit odium Augustae contra Ioannem Christianorum episcopum, quae prius etiam illi succenseret, quod eam publicis in congressibus, quoties ad plebem dissereret, perstringere consuesset. in hoc quidem tempore, post Ioannis aliorumque reditum, palam in eum infesto animo esse coepit. cumque cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorum episcopos ad deiiciendum loco suo Ioannem concitat; inter quos primus et summus erat Alexandrinae urbis in Aegypto antistes Theophilus, qui primus sacra patritosque ritus aeternos oppugnare coepit. disceptatione proposita, cum videret Ioannes haud aequo iudicio causam suam tractari, Cpoli sponte sua discessit. ob eam rem perturbata plebe, quando vir hic imperitae plebis animos admirabili quadam arte sibi subiicere poterat, plena tumultus urbs erat; iamque adeo fuerat intercepta Christianorum ab iis ecclesia qui monachi vocantur. hi legitimis nu-

ουσι, συστήματα δὲ πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις καὶ κώμας πληροῦσιν ἀνθρώπων ἀγάμων, οὔτε πρὸς πόλεμον οὔτε πρὸς ἄλλην τινὰ χρείαν ἀναγκαίαν τῇ πολιτείᾳ, πλὴν ὅτι προϊόντες ὁδῷ μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ᾠκειώσαντο, προφάσει τοῦ μεταδιδόναι πάντων πτωχοῖς πάντας ὡς εἰπεῖν πτωχοὺς καταστήσαντες. οὗτοι δὲ τὰς ἐκκλησίας ἀπολαβόντες ἐκώλυον τὰ πλήθη ταῖς συνήθεσιν εὐχαῖς προσιέναι. πρὸς ὃ δυσχεραίνοντες δημοτικοί τε ὁμοῦ καὶ στρατιῶται τὴν τῶν μοναχῶν ᾔτουν ἀνακόψαι θρασύτητα. δοθέντος δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τοῦτο συνθήματος ἐχώρουν ἀνέδην καὶ σὺν οὐδεμιᾷ κρίσει πάντας ἀπέσφαττον, ἕως τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν νεκρῶν, τοὺς δὲ ἀποδράντας διώξαντες κατεκέντησαν ἅπαντας ὅσοι φαιαῖς ἔτυχον ἐσθῆσιν ἠμφιεσμένοι· οἷς συναπολέσθαι συνέβη πολλοὺς ἢ διὰ πένθος ἢ διά τινα ἑτέραν περιπέτειαν ἐν ἱματίοις εὑρεθέντας τοιούτοις. Ἰωάννης δὲ αὖθις ἐπανελθὼν τῶν αὐτῶν ἐπειρᾶτο, τοὺς ὁμοίους ἀνακινῶν ἐν τῇ πόλει θορύβους.

24. *Τὸ δὲ τῶν συκοφαντῶν ὡς οὔπω πρότερον ἐπιπολάσαν καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐνούχους ἀεὶ περιέπον, εἴ πού τις τῶν πλουσίων ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ὄντων παίδων ἢ συγγενῶν ἐμήνυον τὰς οὐσίας, καὶ τοῦ βασιλέως ἐφέρετο γράμματα τοῦδε τὴν*

2 *ἀγάμων καὶ οὔτε* editi. 3 post *ἀναγκαίαν* Leunclavius inserendum censet *ὠφελίμων, ἐπιτηδείων* vel simile quid. sed auctor fortasse *ἀναγκαίων* scripsit, ut significetur *neque ad bellum neque ad alium quempiam usum rei publicae necessariis. S.* 5 *πάντας* L margo: vulgo iterum *πάντων*.

ptiis abstinent, et tam in urbibus quam vicis populosa collegia complent hominibus non maritatis, nec ad bellum nec alium rei publicae necessarium usum idoneis, nisi quod via quadam progressi ab eo tempore in hunc usque diem magnam agrorum partem ad se transtulerunt, et sub praetextu, quasi cum pauperibus omnia communicent, omnes, prope dixerim, ad inopiam redegerunt. hi cum ecclesias occupassent, quominus plebs ad consuetas preces accederet prohibent. quod aegre ferentes tam plebeii quam milites, ut monachorum audacia retunderetur, petunt. dato eis ad hoc signo plena cum licentia prodeunt, et nullo iudicio cunctos iugulant, donec cadaveribus ecclesiam implessent, et fuga dilapsos persecuti confixissent omnes, quicunque pullis induti vestibus erant. quos inter plures perire contigit, qui vel luctus causa vel ob alium qnendam casum in huiusmodi vestitu reperti fuissent. ceterum Ioannes iam reversus eadem tentabat, consimiles in urbe tumultus excitans.

24. Cum autem calumniatorum natio magis quam antehac unquam excrevisset et eunuchos palatinos perpetuo stiparet, si quis opulentus vita decessisset, eius facultates nuntiabat, quasi nulli liberi vel cognati exstarent. hinc rescripta principis afferebantur, quibus Titii patrimonium Sempronio

οὐσίαν τῷδε παραδοθῆναι κελεύοντα, καὶ παρεδίδοντο τοῖς ᾐτηκόσιν οἱ κλῆροι παίδων ἑστώτων καὶ τοὺς πατέρας μετὰ οἰμωγῆς ἀνακαλουμένων. καὶ ἁπλῶς οὐδὲν ἦν ὃ μὴ θρήνων ἐπλήρου τὰς πόλεις, παντὶ τῶν οἰκητόρων ἄλογον ζημίαν ἐπάγον· τοῦ γὰρ βασιλεύοντος ἐσχάτως ἀνοηταίνοντος, ἡ τούτῳ συνοικοῦσα πέρα τῆς φύσεως αὐθαδιζομένη, πανταχόθεν τε εὐνούχων ἀπληστίᾳ καὶ τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν, αἳ μάλιστα ταύτης ἐκράτουν, ἐκδεδομένη, πᾶσιν ἀβίωτον καθίστη τὸν βίον, ὥστε θανάτου τοῖς μέτρια φρονοῦσιν οὐδὲν ἦν αἱρετώτερον. ὡς οὐκ ἀρκούντων δὲ τούτων, ἐπηνέχθη τῇ Κωνσταντινουπόλει πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα κίνδυνος ἔκ τινος τοιαύτης αἰτίας. Ἰωάννης, ᾗπερ εἴρηταί μοι, μετὰ τὴν φυγὴν ἐπανελθὼν καὶ τοῖς συνήθεσιν ἱεροῖς σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος, ἐπειδὴ καὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς ἑώρα καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὸν ἐξωθούμενον, αὐτὸς μὲν a. 404 ἀπέλιπε τὴν πόλιν νεὼς ἐπιβάς, οἱ δὲ τούτῳ σπουδάζοντες, μηδένα μετὰ τοῦτον ἐπίσκοπον γενέσθαι τῇ πόλει πραγματευόμενοι, πυρὶ τὴν πόλιν ἔγνωσαν ἀπολέσαι. λάθρᾳ τοίνυν φλόγα τῇ ἐκκλησίᾳ νυκτὸς ἐμβαλόντες, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἔξω καταστήσαντες ἑαυτούς, καὶ τούτῳ λαθόντες οἵ τινές ποτε εἶεν, ἡμέρας γενομένης ἐσχάτως ἤδη τὴν πόλιν ἅπασιν ἔδειξαν κινδυνεύουσαν· ἥ τε γὰρ ἐκκλησία κατεφλέγετο πᾶσα, συνεδαπανᾶτο δὲ ταύτῃ καὶ τὰ ἐχόμενα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ μάλιστα ὅσοις τὸ πῦρ ἐπῆγεν ἡ τοῦ γενομένου πνεύματος καταιγίς. ἐνέπεσε δὲ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν εἰωθότα δέχεσθαι τὴν γερουσίαν οἶκον, πρὸ τῶν βασιλείων ὄντα,

dari iubebatur. simul haereditates illis cedebant qui oblatis principi precibus eas obtinuerant, adstantibus interim liberis, et parentes cum gemitu implorantibus. ad summam nihil agebatur, quod oppida lamentis non impleret et cuivis municipi detrimentum nefarium non inferret. nam cum princeps extreme stolidus esset, coniux eius supra sexum arrogans et undique tam eunuchorum quam familiarium sibi muliercularum, quae maxime huic imperabant, insatiabili avaritiae exposita, vitam omnibus acerbam victu reddebat, adeo quidem ut modestis hominibus morte nihil esset optabilius. et quasi si haec non sufficerent, Cpoli periculum quovis gravissimo maius ex huiusmodi quadam causa creatum fuit. Ioannes, uti diximus, post exilium reversus et consuetis sacris plebem adversus Augustam commovens, cum et episcopatus solio et urbe se videret expelli, navi conscensa ab urbe discessit. at quotquot huius studiosi erant, dum hoc agunt ut post eum nullus in urbe designaretur episcopus, urbem igni perdendam statuunt. clam igitur ecclesiae flamma per noctem iniecta, circaque diluculum extra eam progressi, cum hoc ipso quinam essent ignoraretur, orto die cunctis urbem extremo versantem in periculo spectandam exhibent. nam et ecclesia tota conflagrabat, et aedificia contigua cum ea simul absumebantur, praesertim quibus oborti venti procella flammam inferebat. irruit ignis et illam in domum, in qua senatus haberi solebat. ea domus ante palatium sita erat, ad omnem elegantiam et magni-

εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίαν ἐξησκημένον· ἀγάλμασι γὰρ κεκαλλώπιστο τεχνιτῶν τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐξ αὐτῆς τῆς θέας παρεχομένοις, καὶ μαρμάρων χροιαῖς αἳ κατὰ τοὺς νῦν οὐ μεταλλεύονται χρόνους. φασὶ δὲ ὡς καὶ τὰ δείκηλα τὰ ἐν τῷ Ἑλικῶνι τὴν ἀρχὴν καθιδρυθέντα ταῖς Μούσαις, μέρος καὶ αὐτὰ τῆς κατὰ πάντων ἱεροσυλίας ἐν τοῖς Κωνσταντίνου γενόμενα χρόνοις, ἀνατεθέντα τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ διὰ τοῦ πυρὸς ὑπήχθη διαφθορᾷ, σαφέστερόν πως τὴν καθέξουσαν ἅπαντας ἀμουσίαν μηνύοντα. θαύματος δέ τινος τηνικαῦτα γενομένου ἄξιον οὐ παραδραμεῖν σιωπῇ. τοῦτο τῆς γερουσίας τὸ τέμενος, οὗπερ ἕνεκα ταῦτα διέξειμι, Διὸς καὶ Ἀθηνᾶς ἀγάλματα πρὸ τῶν θυρῶν εἶχεν, ἐπί τινων βάσεων λιθίνων ἑστῶτα, καθ᾽ ὃ καὶ νῦν ἔστιν αὐτὰ θεάσασθαι σχῆμα· φασὶ δὲ τὸ μὲν τοῦ Διὸς εἶναι τοῦ Δωδωναίου, τὸ δὲ τὸ ἐν τῇ Λίνδῳ πάλαι καθιδρυμένον. τοῦ πυρὸς τοίνυν ἐπινεμηθέντος ἅπαν τὸ τέμενος, ὁ μὲν ἐπικείμενος τῷ τέγει μόλιβδος ἔρρει τηκόμενος κατὰ τῶν ἀγαλμάτων, ἐφέροντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς οἰκοδομίας λίθοι κατὰ τούτων, ἀντέχειν τῇ τοῦ πυρὸς φύσει μὴ δυνηθέντες. εἰς χώματος δὲ σχῆμα τοῦ παντὸς κάλλους μεταβληθέντος, ἡ μὲν κοινὴ δόξα καὶ ταῦτα ἐτόπαζε κόνιν καὶ αὐτὰ γενέσθαι, καθαιρόμενος δὲ ὁ τόπος καὶ πρὸς ἀνανέωσιν γενόμενος εὐτρεπὴς ἔδειξε τὰ τῶν θεῶν τούτων ἀγάλματα μόνα κρείττονα τῆς παντελοῦς ἐκείνης γεγονότα φθορᾶς· ὅπερ ἅπασι τοῖς χαριεστέροις ἀμείνους ἐπὶ τῇ

9 οὐ] οὐ προσήκει P. 13 τῇ S: libri τῷ.

ficentiam elaborata. nam simulacris artificum elaborata erat, ipso adspectu maiestatem praeferentibus, et colorem marmorum, quae hisce temporibus non eruuntur. ac perhibent eas etiam imagines, quae in Helicone Musis olim collocatae, Constantini temporibus in res omnes perpetrati sacrilegii vim expertae cum ceteris fuerant, huic loco dedicatas igni tum periisse. quo casu sane quam perspicue portendebatur a Musis alienatio, quae omnes esset occupatura. par est autem, miraculum quoddam, quod id temporis accidit, minime silentio praeteriri. templum istud senatus, cuius haec causa commemoro, simulacra Iovis et Minervae ante fores habebat, in lapideis quibusdam basibus stantia, qua quidem forma nunc etiam conspiciuntur. aiunt autem Iovis alterum Dodonaei simulacrum esse, alterum, quod Lindi quondam consecratum fuerit. igitur ubi templum universum ab igne fuisset absumptum, simul et impositum tecto plumbum liquefactum in haec simulacra destillabat, et in eadem aedificii quoque lapides ferebantur, si qui naturae ignis resistere non potuissent. cum autem universa istaec aedificii venustas abiisset in rudera, vulgi quidem opinio erat haec etiam simulacra in pulverem esse redacta. sed repurgato paratoque ad instaurationem loco sola deorum istaec simulacra conspecta sunt, quae universum hunc interitum evasissent. quod quidem effecit ut omnes paulo politiores de urbe spes animis meliores conci-

πόλει δέδωκεν ἔχειν ἐλπίδας, ὡς δὴ τῶν θεῶν τούτων ἔχεσθαι τῆς ὑπὲρ αὐτῆς ἀεὶ βουλομένων προνοίας. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὅπῃ τῷ θείῳ δοκεῖ, πάντα προΐτω.

25. *Πάντων δὲ δυσχεραινόντων ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως συμφορᾷ καὶ αἰτίαν οὐκ ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ὄνου λεγομένην σκιὰν εὑρισκόντων, ἐγίνοντο μὲν οἱ περὶ τὸν βασιλέα τῆς τῶν ἐφθαρμένων ἀνανεώσεως, ἠγγέλθη δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ὡς τὸ τῶν Ἰσαύρων πλῆθος, ὑπερκείμενον Παμφυλίας καὶ Κιλικίας, ἐν τοῖς ἀβάτοις τοῦ Ταύρου καὶ τραχυτάτοις ὄρεσιν ἀεὶ βιοτεῦον, εἰς τάγματα διανεμηθὲν λῃστικὰ τὴν ὑποκειμένην ἐπέρχεται χώραν, πόλεσι μὲν τετειχισμέναις προσάγειν οὔπω δυνάμενοι, κώμας δὲ ἀτειχίστους καὶ πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἐπέτρεχον. ἐποίει δὲ ῥᾳδίας αὐτοῖς τὰς ἐπιδρομὰς ἡ προλαβοῦσα τῆς χώρας ἐκείνης ἅλωσις, ἣν ἡ Τριβιγίλδου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων πεποίηκεν ἐπανάστασις. τούτων ἀπαγγελθέντων Ἀρβαζάκιος ἐκπέμπεται στρατηγὸς ὡς δὴ τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ πράγμασι πονοῦσιν ἐπικουρήσων. δύναμιν δὲ ἀρκοῦσαν λαβών, καὶ τοὺς λῃστεύοντας ἐν τοῖς ὄρεσι συμφυγόντας ἐπιδιώξας, κώμας τε αὐτῶν εἷλε πολλὰς καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγον ἀπέσφαξε πλῆθος. ῥᾷστά τε ἂν τέλεον ἐκράτησεν αὐτῶν καὶ τελείαν τοῖς οἰκοῦσι τὰς πόλεις ἀσφάλειαν ἐνεποίησεν, εἰ μὴ τρυφῇ καὶ ἀτόποις ἐγκείμενος ἡδοναῖς ἐχάλασε μὲν πολὺ τῆς σφοδρότητος, χρήμασι δὲ τὰς χεῖρας ὑποσχὼν τῆς κοινῆς ὠφελείας τὸ*

2 *βουλομένων* R, cum legeretur *βουλευομένων*. 6 *εἴχοντο* S. 8 pro *πλῆθος* non minus apte legeris *ἔθνος*. S. 15 Marcellinus in Chron. *Narbozaicus*, Iordanes *Arbazius*. Suidas v. *Ἀρβαζάκιος* eius elogium ex Eunapio repetiit. R.

perent, quasi scilicet hi dii statuerent eam semper sua providentia complecti. sed haec quidem omnia, prout numini visum fuerit, ita eveniant.

25. Universis autem permoleste casum urbis ferentibus, nec aliam causam eius quam asini, quod dicitur, umbram invenientibus, familiares principis de vastatis aedificiis instaurandis cogitabant. sed allatus est palatinis nuntius, magnam Isaurorum multitudinem, quae supra Pamphyliam Ciliciamque posita semper in asperrimis et inaccessis Tauri montibus degit, in latronum manipulos divisam regionem subiectam invadere. ac oppida quidem munita tentare non poterant, vicos autem moenibus destitutos et obvia quaevis irruendo vexabant; quos incursus id ipsis faciliores reddebat, quod istaec regio paulo ante fuisset ab hostibus capta, Tribigildo cum barbaris suis rebellionem molito. his nuntiatis Arbazacius dux mittitur, qui laborantibus Pamphyliae rebus succurreret. is ubi copias idoneas accepisset et latrones fuga dilapsos intra montes persecutus fuisset, complures eorum villas cepit et virorum multitudinem non exiguam interfecit; adeoque prorsus eos in potestatem facillime redegisset, et incolis oppidorum securitatem solidam parasset, nisi deliciis et foedis voluptatibus deditus multum de vigore suo remisis-

πλουτεῖν ἔμπροσθεν ἐποιήσατο. τῆς μὲν οὖν προδοσίας ἕνεκα ταύτης μετάπεμπτος εἰς τὰ βασίλεια γενόμενος εἰς κρίσιν προσεδοκᾶτο καθίστασθαι· μέρος δὲ ὧν εἰλήφει παρὰ τῶν Ἰσαύρων τῇ βασιλίδι προσαγαγὼν τήν τε κρίσιν διέφυγε καὶ τὸν πλοῦτον περὶ τὴν ἐνθάδε τρυφὴν ἐδαπάνα. τὰ μὲν οὖν Ἰσαύρων ἐν λαθραίαις ἦν ἔτι λῃστείαις, οὔπω πρὸς φανερὰν ἐπανάστασιν κατὰ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν ἀναστάντα.

26. . . . ἀνεχώρησεν, ᾗ προείρηταί μοι, τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης ὁπόσην ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς διαρρεῖ, διατρίβων ἐν ταῖς Ἠπείροις, ἣν οἰκοῦσι Μολοττοί τε καὶ Θεσπρωτοὶ καὶ ὅσοι τὰ μέχρις Ἐπιδάμνου καὶ Ταυλαντίων οἰκοῦσι χωρία, τὸ παρὰ Στελίχωνος ἀνέμενε σύνθημα τοιόνδε πως ὄν. τοὺς τὴν Ἀρκαδίου βασιλείαν οἰκονομοῦντας ὁρῶν ὁ Στελίχων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας διενοεῖτο, κοινωνῷ χρησάμενος Ἀλαρίχῳ, τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς ἔθνη πάντα προσθεῖναι, συνθήκας τε περὶ τούτου πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος εἰς ἔργον ἄγειν ὅσον οὐδέπω τὴν ἐπιχείρησιν προσεδόκα. προσδεχομένου δὲ Ἀλαρίχου τῷ παραγγέλματι πειθαρχήσειν, Ῥοδογάϊσος ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον καὶ τὸν Ῥῆνον Κελτικῶν τε καὶ Γερμανικῶν ἐθνῶν εἰς τεσσαράκοντα συναγαγὼν μυριάδας εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥρμητο διαβῆναι. οὗ προσαγγελθέντος ἡ μὲν πρώτη πάντας κατέπληξεν a. 405

1 ἐποιήσατο *S*: libri ποιησάμενος. 8 ἀνεχώρησεν] Ἀλάριχος δὲ ἐπειδὴ ἀνεχώρησεν Leunclavius, lib. 5 c. 7. 10 Ἠπείροις] sic quoque 5 29 ter; 48. erat iam hac aetate Epirus vetus et nova. *H.* ἣν singulare relativum respicit generale χώραν. alioqui plurali numero legendum esset ἅς. *S.* 12 ἀνέμεσι LP. 18 aliis *Radagaisus* vel *Radagasus*.

set, ac pecuniae manus porrigens bono publico divitias praetulisset, quapropter ob hanc praevaricationem ad aulam revocatus, nihil exspectabat aliud quam uti iudicio sisteretur. sed parte illorum quae ab Isauris acceperat Augustae oblata, tum examen effugit, tum opes istas in voluptates urbanas impendit. enimvero molitiones Isaurorum adhuc intra clandestina se latrocinia continebant, necdum illis aperte gentes proximas aggressis.

26. Ceterum Alarichus, ubi, ceu dictum a nobis est, excessisset e Peloponneso et reliqua regione, quam Achelous amnis interfluit, in Epiris haerens, quam regionem incolunt Molossi Thesproti et alii, quotquot sita usque ad Epidamnum et Taulantios inhabitant loca, rem cum Stelichone compositam exspectabat, quae huiusmodi erat. cum Stelicho videret eos qui Arcadianum imperium administrabant animis erga se infestis esse, adiuncto sibi Alaricho socio cunctas in Illyriis nationes Honorii regno cogitabat adiicere. qua de re cum Alaricho pactus occasionem exspectabat, uti reapse quam primum hunc conatum exsequeretur. dum Alarichus in hoc intentus esset ut imperatis obtemperaret, Rodogaisus ex transistrianis et transrhenanis Celticisque Germanicisque nationibus collectis hominum quadringentis milibus ad transeundum in Italiam se parat. qua re nuntiata cunctos mirifice prima fama

ἀκοῇ· τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς Ῥώμης εἰς ἔσχατον κινδύνου συνταραχθείσης, ἀναλαβὼν ὁ Στελίχων ἅπαν τὸ ἐν τῷ Τικήνῳ τῆς Λιγυστικῆς ἐνιδρυμένον στρατόπεδον (ἦν δὲ εἰς ἀριθμοὺς συνειλεγμένον τριάκοντα) καὶ ὅσον οἷός τε γέγονε συμμαχικὸν ἐξ Ἀλανῶν καὶ Οὔννων περιποιήσασθαι, τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων οὐκ ἀναμείνας αὐτὸς ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον ἅμα παντὶ τῷ στρατεύματι, καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν ἅπαν τὸ πολέμιον πανωλεθρίᾳ διέφθειρεν, ὥστε μηδένα σχεδὸν ἐκ τούτων περισωθῆναι, πλὴν ἐλαχίστους ὅσους αὐτὸς τῇ Ῥωμαίων προσέθηκε συμμαχίᾳ. ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονῶν ὁ Στελίχων εἰκότως τῇ νίκῃ, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν στεφανούμενος ἐπανῄει, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν προσδοκηθέντων κινδύνων τὴν Ἰταλίαν ἐλευθερώσας.

27. Ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ (μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι, καὶ οὐχ ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖός φησι, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι· Κουαδράτῳ γάρ, οἶμαι, θετέον, ἐν τῇ κατὰ τὸν βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι) ἐν τῇ Ῥαβέννῃ τοίνυν ταύτῃ παρεσκευασμένῳ Στελίχωνι ταῖς Ἰλλυριῶν πόλεσι μετὰ στρατεύματος ἐπιστῆναι, καὶ σὺν Ἀλαρίχῳ παρασπάσασθαι μὲν αὐτὰς Ἀρκαδίου περιποιήσασθαι δὲ τῇ

3 *Λιβυστικῆς* LP. 15 *Ῥύνη* P. 18 *Κουαστράτῳ* LP. *οἶμαι θετέον* Hemsterhusius (Thom. Mag. ed. Bernard. p. 444): antea *οἱ μεθετέον*. *κατὰ τὸν βασ.* recte legi (non *μετὰ*) docent in Veri et Cassii vita Capitolinus c. 7 et Gallicanus c. 1. *S.*

percussit. cumque desperassent urbes et ipsa Roma iam in extremo periculo turbata esset, Stelicho, sumptis secum universis copiis, Ticino Liguriae impositis (erant autem numeri militum triginta) cum aliis sociorum auxiliis, quae ab Alanis et Hunnis impetrare potuerat, hostium adventu non exspectato, cum omni exercitu Istrum ipse transiecit, et barbaros nec opinantes aggressus universas hostium copias ad internecionem caecidit, adeo quidem ut horum prope nullus incolumis evaderet, exceptis paucissimis, quos ipse Romanis auxiliis adscripsit. ob hanc victoriam Stelicho non abs re magnos animos gerens, cum exercitu ab omnibus propemodum coronatus redibat, cum praeter omnem spem formidatis periculis Italiam liberasset.

27. Hinc ad Ravennam (ea metropolis est Flaminiae, prisca sane civitas, colonia Thessalorum, Rhene dicta, quod eam aquae ab omni parte circumfluant; non autem propterea, velut Olympiodorus ille Thebanus ait, quod Remus Romuli frater huius urbis conditor fuerit: nam Quadrato, ut opinor, assentiendum est, qui de hac urbe in historia Marci principis id commemoravit) ad Ravennam igitur hanc Stelichone iam parato ad Illyricas urbes cum exercitu adeundas et Alarichi auxilio ab Arcadio quidem averten-

Ὀνωρίου βασιλείᾳ, δύο κωλύματα συνέβη παρεμπεσεῖν, φήμη τε ὡς Ἀλάριχος τεθνεὼς εἴη διαδραμοῦσα, καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης Ὀνωρίου γράμματα τοῦ βασιλέως ἀποδοθέντα, δι' ὧν ἐδηλοῦτο ὡς Κωνσταντῖνος ἐπιθέμενος εἴη τυραννίδι καὶ ἐκ τῆς Βρεττανικῆς a. 407 νήσου περαιωθεὶς ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι παραγένοιτο, τὰ βασιλέως ἐν ταῖς πόλεσι πράττων. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς Ἀλαρίχου τελευτῆς λόγος ἀμφίβολος ἔδοξεν εἶναι, πρίν τινας παραγεγονότας ὅ τι περ εἴη δηλῶσαι· τὰ δὲ περὶ τῆς ἀναρρήσεως Κωνσταντίνου λεγόμενα παρὰ πᾶσιν ἐκράτει. διὰ ταῦτα τῆς ἐπὶ Ἰλλυριοὺς ὁρμῆς ὁ Στελίχων ἀνακοπεὶς εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, κοινολογήσασθαι περὶ τοῦ πρακτέου βουλόμενος.

28. Τριβέντος δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπι- a. 408 λαβόντος ὕπατοι μὲν ἀνεδείχθησαν Βάσσος καὶ Φίλιππος, ὁ δὲ βασιλεὺς Ὀνώριος, ἀπὸ πολλοῦ Μαρίας αὐτῷ τελευτησάσης τῆς γαμετῆς, τὴν ταύτης ἀδελφὴν Θερμαντίαν ᾔτει οἱ δοθῆναι πρὸς γάμον. ἀλλ' ὁ μὲν Στελίχων . . ἐνδώσειν πρὸς τοῦτο, Σερῆνα δὲ ἐνέκειτο, πραχθῆναι βουλομένη τὸν γάμον τοιᾶσδε ἕνεκα αἰτίας. τοῦ γάμου πρὸς τὴν Μαρίαν Ὀνωρίου ἐνισταμένου, γάμων ὥραν οὔπω τὴν κόρην ἄγουσαν ἡ μήτηρ ὁρῶσα, καὶ οὔτε ἀναβαλέσθαι τὸν γάμον ἀνεχομένη, καὶ τὸ παρ' ἡλικίαν εἰς μῖξιν ἐκδοῦναι φύσεως ἀδικίαν καὶ οὐδὲν ἕτερον εἶναι . ., γυναικὶ τὰ τοιαῦτα θερα-

1 congruentius φήμην — διαδραμοῦσαν. S. 15 Θερμαντίαν R: vulgo Ἑρματίαν. 16 post Στελίχων desideratur οὐκ ἐδόκει, οὐκ ἔμελλε, vel simile quidpiam. S. 21 post εἶναι Leunclavius supplet νομίζουσα. S.

das, Honorii vero regno adiiciendas, impedimenta duo contigit intervenire, famam scilicet hinc inde de Alarichi morte sparsam, et literas Honorii principis, allatas Roma, quibus in literis perscriptum erat Constantinum perduellem iam ex insula Britannia transvectum ad transalpinas gentes accessisse, ac se pro imperatore in civitatibus gerere. verum de Alarichi morte rumor incertus esse visus fuit, donec quidam intervenissent et ipsam, ut erat, rem nuntiassent. quae autem de Constantini designatione perhibebantur, apud omnes fidem invenere. quapropter in Illyricana praepeditus expeditione Stelicho Romam proficiscitur, uti cum aliis de rebus agendis consultaret.

28. Exacto auctumno, cum hiems coepisset, Bassus et Philippus consules designati sunt. imperator autem Honorius, Maria coniuge iam pridem rebus humanis exempta, sororem eius Thermantiam sibi matrimonio iungi petebat. in hoc Stelicho quidem haud assensurus videbatur, sed urgebat Serena, quae hasce nuptias ob huiusmodi causam conciliari vellet. cum Honorius matrimonium cum Maria contraheret, mater eius Serena, quae puellam necdum nubilem aetatem attigisse cerneret, ac neque sibi posset imperare ut nuptiae differrentur, et immaturam maritali consuetudini tradere nihil arbitraretur esse aliud quam iniuriam naturae facere, nacta mulierem quae

πεύειν ἐπισταμένη περιτυχοῦσα πράττει διὰ ταύτης τὸ συνεῖναι μὲν τὴν θυγατέρα τῷ βασιλεῖ καὶ ὁμόλεκτρον εἶναι, τὸν δὲ μήτε ἐθέλειν μήτε δύνασθαι τὰ τῷ γάμῳ προσήκοντα πράττειν. ἐν τούτῳ τῆς κόρης ἀπείρου γάμων ἀποθανούσης, εἰκότως ἡ Σερῆνα βασιλείου γονῆς ἐπιθυμοῦσα δέει τοῦ μὴ τὴν τοσαύτην αὐτῇ δυναστείαν ἐλαττωθῆναι, τῇ δευτέρᾳ θυγατρὶ συνάψαι τὸν Ὀνώριον ἔσπευδεν. οὗ δὴ γενομένου τελευτᾷ μὲν ἡ κόρη μετ' οὐ πολύ, ταὐτὰ τῇ προτέρᾳ παθοῦσα.

29. Στελίχων δέ, ἀγγείλαντος αὐτῷ τινὸς ὡς τὰς Ἠπείρους Ἀλάριχος καταλιπών, ὑπερβάς τε τὰ διείργοντα στενὰ τὴν ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Οὐενετοὺς διάβασιν, τὰς σκηνὰς εἰς Ἥμωνα πόλιν ἐπήξατο, μεταξὺ Παιονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικοῦ κειμένην, — ἄξιον δὲ μὴ παραδραμεῖν ὅσα τῆς πόλεώς ἐστι ταύτης, καὶ ὅπως τὴν ἀρχὴν ἔτυχεν οἰκισμοῦ. τοὺς Ἀργοναύτας φασὶν ὑπὸ τοῦ Αἰήτου διωκομένους ταῖς εἰς τὸν Πόντον ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου προσορμισθῆναι, κρῖναί τε καλῶς ἔχειν διὰ τούτου πρὸς ἀντίον τὸν ῥοῦν ἀναχθῆναι καὶ μέχρι τοσούτου διαπλεῦσαι τὸν ποταμὸν εἰρεσίᾳ καὶ πνεύματος ἐπιτηδείου φορᾷ, μέχρις ἂν τῇ θαλάσσῃ πλησιαίτεροι γένοιντο. πράξαντες δὲ ὅπερ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτον ἐγένοντο τὸν τόπον, μνήμην καταλιπόντες τῆς σφετέρας ἀφίξεως τὸν τῆς πόλεως οἰκισμόν, μηχαναῖς ἐπιθέντες τὴν Ἀργὼ καὶ τετρακοσίων σταδίων ὁδὸν ἄχρι θαλάσσης ἑλκύσαντες οὕτω ταῖς Θεσσαλῶν ἀκταῖς προσωρμίσθησαν, ὡς ὁ ποιητὴς ἱστορεῖ

rebus huiusmodi remedium afferre sciret, eius opera perficit ut filia cum principe quidem viveret ac tori consors eiusdem esset, verum ille nec vellet nec posset ea quae matrimonium requireret implere. interim puella virgine mortua, non abs re Serena, quae sobolis imperatoriae consequendae percupida esset, ob metum, ne quid sibi de tanta potentia decederet, id operam dabat ut Honorium alteri filiae copularet. quo facto puella vitam cum morte commutat, cum paulo post idem ei quod priori accidisset.

29. Ad Stelichonem vero nuntium quidam pertulit, Alarichum relictis Epiris, et superatis angustiis quae a Pannonia transitum ad Venetos impediunt, apud Emonem oppidum castra locasse, quod inter Pannoniam supremam et Noricum situm est. atque hoc loco par est, minime silentio praeteriri quae ad oppidum hoc pertinent, et quonam modo condi ab initio coeperit. aiunt Argonautas, cum eos Aeetas persequeretur, ad Istri appulisse ostia, quibus in Pontum ille semet exonerat; recteque se facturos existimasse, si adverso flumine veherentur, ac tantisper in hoc amne remigiis et idonei venti adiumento navigarent, donec ad mare propius accessissent. cum id consilium fuissent exsecuti iamque ad locum hunc pervenissent, ipsa structura oppidi huius ad memoriam adventus in istam regionem sui relicta, et Argo machinis imposita perque stadiorum quadringentorum spatium usque ad mare tracta, Thessalorum littoribus appulerunt, sicuti Pisander poëta memoriae prodidit,

Πείσανδρος ὁ τῇ τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἱστορίαν περιλαβών. ἐκ δὲ τῆς Ἥμωνος προελθὼν καὶ τὸν Ἄκυλιν περαιωθεὶς ποταμὸν τῷ Νωρικῷ προσέβαλεν, ἤδη τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἔξω γενόμενος. ὁρίζει δὲ ταῦτα τὰς Παιονίας ἐσχατιάς, στενωτάτην ὁδὸν διδόντα τοῖς ἐπὶ τὸ Νωρικὸν ἔθνος διαβαίνειν ἐθέλουσι, καὶ πρὸς ἣν ὀλίγοι φύλακες ἤρκουν, εἰ καὶ πλῆθος τὴν πάροδον ἐβιάζετο. διαβὰς δὲ ὅμως ὁ Ἀλάριχος ἐκ τοῦ Νωρικοῦ πρὸς Στελίχωνα πρεσβείαν ἐκπέμπει, χρήματα αἰτῶν ὑπέρ τε τῆς ἐν ταῖς Ἠπείροις τριβῆς, ἥν ἔλεγεν αὐτῷ Στελίχωνι πεισθέντι γενέσθαι, καὶ τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ τὸ Νωρικὸν εἰσβολῆς. ὁ δὲ Στελίχων τὴν πρεσβείαν δεξάμενος καὶ ἐν τῇ Ῥαβέννῃ τοὺς πρέσβεις ἐάσας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, κοινώσασθαι τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ περὶ τοῦ πρακτέου βουλόμενος. συνελθούσης δὲ τῆς γερουσίας εἰς τὰ βασίλεια καὶ βουλῆς περὶ τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προτεθείσης, ἡ μὲν τῶν πλειόνων εἰς τὸ πολεμεῖν ἐφέρετο γνώμη, μόνος δὲ Στελίχων σὺν ὀλίγοις, ὅσοι φόβῳ συγκατετίθεντο, τὴν ἐναντίαν ἐχώρουν, εἰρήνην πρὸς Ἀλάριχον ποιεῖσθαι ψηφιζόμενοι. τῶν δὲ τὸν πόλεμον αἱρουμένων ἀπαιτούντων Στελίχωνα λέγειν ἀνθ' ὅτου μὴ πολεμεῖν μᾶλλον ἀλλὰ εἰρήνην ἄγειν αἱρεῖται, καὶ ταύτην ἐπ' αἰσχύνῃ τοῦ Ῥωμαίων ἀξιώματος ἀνέχεται χρημάτων ὠνήσασθαι, "διὰ γὰρ τὸ τῷ βασιλεῖ συνοῖσον" ἔφη "τοσοῦτόν ἐν ταῖς Ἠπείροις διέτριψε χρόνον," ὡς ἂν

1 ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν Fabricius in Bibl. Gr. defendit vulgatam *Ruhnkenius*, et interpretatur *heroum nuptias cum deabus*. vid. ad Virgilii t. 4 p. 236. *Heynius*. *R.*

qui Heroicarum divarumque nuptiarum titulo totam hanc propemodum historiam complexus est. Emone vero progressus Alarichus, et Aquili flumine transiecto, iam superatis Apenninis montibus ad Noricum accessit. hi montes extremos Pannoniae limites finiunt, et iis qui ad Noricam gentem transire volunt artissimam viam praebent; cui custodiendae praesidiarii pauci sufficiunt, etiamsi magna multitudo vi transire conetur. Alarichus tamen his transitis e Norico legatos ad Stelichonem mittit, pecuniam poscens tum eius morae nomine, qua se suasu Stelichonis aiebat in Epiris haesisse, tum huius in Italiam et Noricum profectionis causa. Stelicho hac legatione accepta, relictis Ravennae legatis, Romam abit, cum imperatore ac senatu de eo quod agendum esset consilia collaturus. posteaquam senatus in palatio convenisset, proposita consultatione bellum gerendum esset nec ne, complurium quidem eo sententia tendebat ut bello res decerneretur. solus Stelicho cum paucis, qui ei metu adducti assentiebantur, contrariam in sententiam ibant et faciundae cum Alaricho pacis auctores erant. hic cum ii qui paci bellum praeferebant, a Stelichone sibi dici peterent quamobrem non bellum potius gerere quam pacem colere mallet, eamque cum dedecore Romanae maiestatis pecunia redimere sustineret, "quoniam" inquit "ob commodum principis Alarichus in Epiris tam diu haesit, ut coniuncta mecum opera, bello principi

ἅμα οἱ τῷ τῆς ἑῴας βασιλεύοντι πολεμήσας Ἰλλυριοὺς ἐκείνης παρέληται τῆς ἀρχῆς καὶ τῇ Ὀνωρίου προσθείη. τοῦτο δ' ἂν εἰς ἔργον ἤδη προῆλθεν, εἰ μὴ τοῦ βασιλέως Ὀνωρίου φθάσαντα γράμματα τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἔλασιν αὐτοῦ διεκώλυσεν, ἣν ἐκδεχόμενον Ἀλάριχον αὐτόθι χρόνον δαπανῆσαι πολύν. καὶ ταῦτα λέγων ὁ Στελίχων ἅμα καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐδείκνυ, καὶ τὴν Σερήναν αἰτίαν ἔλεγεν εἶναι τὴν ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων ὁμόνοιαν ἀδιάφθορον φυλάττεσθαι βουλομένην. πᾶσι τοίνυν δόξαντος δίκαια λέγειν Στελίχωνος, ἐδόκει τῇ γερουσίᾳ χρυσίου τετρακισχιλίας ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Ἀλαρίχῳ δίδοσθαι λίτρας, τῶν πλειόνων οὐ κατὰ προαίρεσιν ἀλλὰ Στελίχωνος φόβῳ τοῦτο ψηφισαμένων, ὥστε ἀμέλει Λαμπάδιος γένους καὶ ἀξιώματος εὖ ἔχων, τῇ πατρίῳ φωνῇ τοῦτο ὑποφθεγξάμενος "non est ista pax sed pactio servitutis," ὃ δηλοῖ δουλείαν μᾶλλον ἤπερ εἰρήνην εἶναι τὸ πραττόμενον, ἅμα τῷ διαλυθῆναι τὸν σύλλογον, δέει τοῦ μὴ παθεῖν τι διὰ τὴν παρρησίαν, εἴς τινα πλησιάζουσαν τῶν Χριστιανῶν ἀπέφευγεν ἐκκλησίαν.

30. Ὁ μὲν οὖν Στελίχων τὴν πρὸς Ἀλάριχον εἰρήνην τοιῷδε τρόπῳ καταπραξάμενος ἐπὶ τὴν ἔξοδον ὥρμητο, τοῖς αὐτῷ δόξασιν ἔργον ἐπιθήσων· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐθέλειν ἔφασκεν ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Ῥάβενναν παραγενέσθαι θεάσασθαί τε τὸ στρατόπεδον καὶ φιλοφρονήσασθαι, πολεμίου μάλιστα τοιούτου τῆς Ἰταλίας ἐντὸς διαβάντος. ἔλεγε δὲ ταῦτα οὐκ οἴκοθεν κινούμενος, ἀλλὰ συμβουλῇ Σερήνας πειθόμενος· ἐβούλετο γὰρ αὐτὸν

15 τῷ *S*: libri τοῦ, Photii more.

Orientis illato, Illyrios ab eius averteret imperio regnoque Honorii adiiceret." et quidem hoc reapse iam successurum fuisse aiebat, si non Honorii principis literae prius allatae suam profectionem versus Orientem impedivissent; in cuius exspectatione tantum temporis Alarichus istic consumpserit. atque haec dicens Stelicho simul et epistolam principis ostendit, et culpam in Serenam confert, quae amborum principum concordiam sartam tectam servari voluisset. quapropter omnibus aequa dicere viso Stelichone, senatui placuit Alaricho quattuor librarum milia auri pacis nomine solvi, cum plures id senatusconsultum non sponte sed metu Stelichonis fecissent. adeoque Lampadius, genere dignitateque praestans, cum verbum hoc lingua patria protulisset "non est ista pax sed pactio servitutis," dimisso senatu, ne quid sibi propter hanc libertatem accideret veritus, ad proximam quandam Christianorum ecclesiam aufugit.

30. In hunc modum Stelicho confecta cum Alaricho pace ad profectionem semet accingit, ut quae secum decrevisset exsequeretur. imperator autem velle se Roma Ravennam abire dicebat visendi exercitus et benigne compellandi causa, praesertim posteaquam talis ac tantus hostis in Italiam transiisset. ea vero non impulsus a se ipso, sed consilio Serenae obtempe-

ἀσφαλεστέραν πόλιν οἰκεῖν, ἵνα εἰ τὴν εἰρήνην πατήσας Ἀλάριχος ἐπέλθῃ τῇ Ῥώμῃ, μὴ κυριεύσῃ καὶ τοῦ βασιλέως· ἦν γὰρ αὐτῇ σπουδὴ περισώζεσθαι τοῦτον, ὡς καὶ αὐτῆς τὴν ἀσφάλειαν διὰ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἐχούσης. τῆς δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ὁρμῆς ἀποθυμίου τῷ Στελίχωνι φανείσης, ἐπενοεῖτο πολλὰ ταύτης κωλύματα. τοῦ δὲ βασιλέως οὐκ ἐνδιδόντος ἀλλ' ἐχομένου τῆς ὁδοιπορίας, Σάρος βάρβαρος μὲν τὸ γένος, ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ στίφους βαρβάρων ἡγούμενος, γνώμῃ Στελίχωνος ἐκίνει πρὸ τῆς πόλεως θορύβους, οὐχ ὡς τῷ ὄντι συνταράξαι τὰ καθεστῶτα βουλόμενος, ἀλλ' ὡς ἂν ἐκφοβήσοι τὸν βασιλέα καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ἀποστρέψειε. τοῦ δὲ οὐκ ἀποστάντος ἧς εἶχε γνώμης, Ἰουστινιανὸς ἐν τῷ τῶν συνηγόρων κατὰ τὴν Ῥώμην ἐπιτηδεύματι διαπρέψας, αἱρεθεὶς δὲ παρὰ Στελίχωνος πάρεδρός τε ὁμοῦ καὶ σύμβουλος, ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀγχινοίας φαίνεται τὰ τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ τεκμαιρόμενος, καὶ ὡς ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Στελίχωνα οἱ ἐν τῷ Τικήνῳ στρατιῶται τοῦ βασιλέως ἐπιδημήσαντος εἰς τὸν ἔσχατον αὐτὸν καταστήσουσι κίνδυνον. διετέλει τε παραινῶν ἐκστῆναι τὸν βασιλέα τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. ὁρῶν δὲ ἀπειθοῦντα τοῖς Στελίχωνος λόγοις ἀπιὼν ᾤχετο, δέει τοῦ μὴ διὰ τὴν οἰκειότητα συγκατενεχθῆναι τῇ Στελίχωνος τύχῃ.

31. Φήμης δὲ πρότερον εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθούσης ὡς Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς τελευτήσειε, κυρωθείσης τε μετὰ τὴν Ὁνωρίου Honorius et Theodosius II.

2 congruentius ἐπέλθοι. S.

rans aiebat. haec enim ipsum in urbe tutiori degere volebat, ut, si pace violata Romam Alarichus invaderet, non etiam principem in potestatem suam redigeret. hunc enim studiose conservatum cupiebat, velut a cuius salute ipsius etiam incolumitas penderet. cum autem hoc imperatoris iter parum Stelichoni probaretur, multa eius impediendi causa excogitat. verum illo non cedente sed iter urgente, Sarus, natione barbarus et Ravennae praefectus agmini barbaro, de sententia Stelichonis ante urbem tumultus excitat, non quod reapse de turbandis rebus quicquam haberet in animo, sed ut imperatori metum incuteret et eum ab instituto itinere diverteret. cum ne sic quidem a sententia princeps dimoveretur, Iustinianus, advocatorum professione Romae clarus et a Stelichone lectus assessor atque consiliarius, acri sagacitate ingenii, quid illud imperatoris iter sibi vellet, assecutus e certis indiciis videtur; et quod ii milites qui Ticini erant, alienis a Stelichone animis, ubi princeps eo venisset, hominem in extremum discrimen essent adducturi. quamobrem hortari non desiit ut ab hoc instituto principem revocaret. sed cum videret hunc iis quae diceret Stelicho non obtemperantem, veritus ne propter familiaritatem pessum cum fortuna Stelichonis iret, ab eo discessit.

31. Fuerat iam ante Romam perlatus de morte imperatoris Arcadii rumor, et post abitum Honorii principis ad urbem Ravennam, confirmatus.

τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ῥάβενναν ἄφιξιν, ἐπειδὴ Στελίχων μὲν εἰς τὴν Ῥάβενναν ἦν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέστη Βονωνίᾳ τῇ πόλει, μιᾷ τῆς Αἰμιλίας οὔσῃ, διεστηκυίᾳ δὲ τοῖς καλουμένοις μιλίοις ἑβδομήκοντα τῆς Ῥαβέννης, μετάπεμπτος γίνεται Στελίχων οἷα στρατιωτῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πρὸς ἀλλήλους στασιασάντων, ἐφ' ᾧ σωφρονισμὸν αὐτοῖς ἐπαχθῆναι. Στελίχωνος δὲ συναγαγόντος τοὺς στασιάσαντας, καὶ οὐχ ὅτι σωφρονισθῆναι μόνον αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς κελεύσειεν εἰπόντος, ἀλλ' ὅτι κατὰ δεκάδα τὸν αἰτιώτατον ἕνα θανάτῳ ζημιωθῆναι προσετέτακτο, τοσοῦτον αὐτοῖς ἐνέθηκε φόβον ὥστε δάκρυα πάντας ἀφιέντας εἰς ἔλεον τὸν στρατηγὸν ἐπισπάσασθαι καὶ ὑποσχέσθαι τὴν τοῦ βασιλέως εὐμένειαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔσφηλεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς τῆς ὑποσχέσεως, εἰς τὴν περὶ τῶν κοινῶν ἐτράπησαν σκέψιν· ὅ τε γὰρ Στελίχων εἰς τὴν ἑῴαν ἐβούλετο διαβῆναι καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀρκαδίου παῖδα Θεοδόσιον διαθεῖναι, νέον ὄντα καὶ κηδεμονίας δεόμενον, ὅ τε βασιλεὺς Ὀνώριος αὐτὸς στέλλεσθαι τὴν ὁδὸν ταύτην διενοεῖτο, καὶ ὅσα πρὸς ἀσφάλειαν τῆς τοῦ νέου βασιλείας οἰκονομῆσαι. δυσαρεστήσας ἐπὶ τούτῳ Στελίχων τὸν ὄγκον τῶν περὶ τὴν ὁδὸν ἐσομένων δαπανημάτων ἄγων εἰς μέσον ἀποτρέπει τὸν βασιλέα ταύτης τῆς ἐγχειρήσεως. ἔλεγε δὲ μηδὲ τὴν ἐπανάστασιν Κωνσταντίνου συγχωρεῖν αὐτῷ τῆς περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν ἀποστῆναι φροντίδος, ἤδη Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου τὴν Γαλατίαν πᾶσαν διαδραμόντος καὶ ἐν τῇ Ἀρελάτῳ διατρίβοντος. προσεῖναι δὲ τού-

6 δὲ add *H.*

inde cum esset Ravennae Stelicho, princeps autem venisset Bononiam, quae urbs est Aemiliae, spatio septuaginta miliarium, ut vocant, a Ravenna remota, arcessitus fuit ab eo Stelicho, quod in itinere milites inter se tumultuati fuissent, ut eos castigatos compesceret. Stelicho, convocatis militibus seditiosis, cum non modo iussisse diceret imperatorem ut castigarentur, sed etiam praecepisse ut decumatione facta nocentissimus quisque morte multaretur, tantam eis trepidationem incussit ut omnes profusis lacrumis ducem ad eam misericordiam flecterent, ut principis clementiam eis polliceretur. cumque princeps, quod ille promiserat, ratum habuisset, ad consultationem de publicis rebus animum adiecerunt. nam et Stelicho cupiebat in Orientem proficisci resque Theodosii constituere, qui Arcadii filius erat, adhuc adolescens ac tutelae indigus, et ipse princeps Honorius idem illud iter suscipere cogitabat, et quae stabiliendo pupilli huius imperio facerent ordinare. quod cum Stelichoni displicuisset, in medium producta sumptuum in itinere faciundorum mole principem ab hoc consilio deterret. praeterea ne licere quidem ei per Constantini rebellionem ait ut ab Italiae atque ipsius Romae cura longius abscederet, quando iam perduellis ille Constantinus universam Galliam percurrisset et Arelate degeret. ad ista, quae tamen ad requirendam prae-

τοις, καίπερ οὖσιν ἱκανοῖς εἰς τὸ δεῖσθαι τῆς τοῦ βασιλέως παρουσίας τε καὶ προνοίας, καὶ τὴν Ἀλαρίχου μετὰ τοσούτου στρατοπέδου βαρβάρων ἐπιδημίαν, ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ ἀπίστου καὶ ἐπειδὰν εὕροι τὴν Ἰταλίαν βοηθείας ἔρημον ἐπελευσομένου. γνώμην δὲ ἀρίστην εἶναι καὶ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελοῦσαν Ἀλάριχον μὲν ἐπιστρατεῦσαι τῷ τυράννῳ, τῶν τε σὺν αὐτῷ βαρβάρων ἄγοντα μέρος καὶ τέλη Ῥωμαϊκὰ καὶ ἡγεμόνας, οἳ κοινωνήσουσιν αὐτῷ τοῦ πολέμου, τὴν ἑῴαν δὲ αὐτὸς καταλήψεσθαι βασιλέως κελεύοντος καὶ γράμματα περὶ τοῦ πρακτέου διδόντος. ἀλλ᾽ ὁ βασιλεὺς μὲν ὀρθῶς ἅπαντα εἰρῆσθαι τῷ Στελίχωνι κρίνας, τά τε γράμματα δοὺς πρὸς τὸν τῆς ἑῴας βασιλέα καὶ πρὸς Ἀλάριχον τῆς Βονωνίας ἐξήλαυνε· Στελίχων δὲ κατὰ χώραν ἔμενε τέως, οὔτε ἐπὶ τὴν ἑῴαν προϊὼν οὔτε ἕτερόν τι τῶν βεβουλευμένων ἄγων εἰς ἔργον, ἀλλ᾽ οὔτε μέρος τῶν ἐν τῷ Τικήνῳ στρατιωτῶν εἰς τὴν Ῥάβενναν ἢ ἑτέρωθί που μετατιθείς, ὡς ἂν μὴ τῷ βασιλεῖ κατὰ πάροδον ὑπαντήσαντες εἴς τινα κατ᾽ αὐτοῦ τὸν βασιλέα κινήσειαν πρᾶξιν.

32. Ἀλλὰ Στελίχων μὲν οὐδὲν συνεπιστάμενος ἀπηχὲς ἢ κατὰ τοῦ βασιλέως ἢ κατὰ τῶν στρατιωτῶν βεβουλευμένον ἐν τούτοις ἦν· Ὀλύμπιος δέ τις, ὁρμώμενος μὲν ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου, λαμπρᾶς δὲ στρατείας ἐν τοῖς βασιλείοις ἠξιωμένος, ἐν δὲ τῇ φαινομένῃ τῶν Χριστιανῶν εὐλαβείᾳ πολλὴν ἀποκρύπτων ἐν

12 οὐ τὴν L. rectius οὔτε τήν, subaudito cum articulo substantivo ὁδόν. S. 16 ἀπαντήσαντες L.

sentiam providentiamque principis omnino sufficerent; Alarichi quoque tantis cum barbarorum copiis adventum accedere; barbari sane hominis et infidi, qui si reperiat Italiam ope destitutam, prorsus eam invasurus sit. id vero consilium esse optimum et inprimis utile rei publicae, ut in perduellem Alarichus expeditionem susciperet, abducta secum parte barbarorum quos haberet, adiunctisque Romanis legionibus, et earum ducibus quae in huiusce belli societatem cum eo venirent; Orientem ipse Stelicho iubente principe, deque rebus iis quae peragendae istic essent literas dante, adiret. imperator, qui omnia recte ab Stelichone dicta iudicaret, datis ad Orientis imperatorem et Alarichum literis Bononia discessit: interim manet istic Stelicho, nec iter illud orientale suscipiens, nec aliud quicquam eorum quae deliberata fuerant reapse perficiens. quin ne militum quidem eorum partem qui Ticini commorabantur, Ravennam aliumve quendam in locum traducit, ne forte in transitu principis adeundi copiam nacti, eum ad moliendum aliquid adversus ipsum Stelichonem impellerent.

32. Ac Stelicho quidem nullius indigni vel adversus imperatorem vel milites consilii sibi conscius haec agebat. Olympius vero quidam, oriundus a Ponto Euxino, splendida quadam militia palatina donatus, qui sub specie pietatis Christianae magnam intra se malitiam tegeret, atque hominem se

ἐτάραξε. καλέσας τε ἅπαντας ὅσοι συνῆσαν αὐτῷ βαρβάρων συμμάχων ἡγούμενοι, βουλὴν περὶ τοῦ πρακτέου προυτίθει. καὶ κοινῇ πᾶσι καλῶς ἔχειν ἐδόκει τοῦ μὲν βασιλέως ἀναιρεθέντος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἀμφίβολον ἦν) πάντας ὁμοῦ τοὺς συμμαχοῦντας Ῥωμαίοις βαρβάρους κοινῇ τοῖς στρατιώταις ἐπιπεσεῖν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας διὰ τούτου καταστῆσαι σωφρονεστέρους, εἰ δὲ ὁ μὲν βασιλεὺς φανείη περισωθεὶς, ἀνῃρημένοι δὲ οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, τηνικαῦτα τοὺς τῆς στάσεως αἰτίους ὑπαχθῆναι τῇ δίκῃ. τὰ μὲν οὖν Στελίχωνι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις βεβουλευμένα τοιαῦτα ἦν· ἐπεὶ δὲ ἔγνωσαν ἀπηχὲς οὐδὲν εἰς τὴν βασιλείαν γενόμενον, οὐκέτι πρὸς τὸν κατὰ τοῦ στρατοπέδου σωφρονισμὸν ἐδόκει Στελίχωνι χωρεῖν ἀλλ' ἐπὶ τῆς Ῥαβέννης ἀναχωρεῖν· τό τε τῶν στρατιωτῶν πλῆθος ἐλάμβανε κατὰ νοῦν, καὶ προσέτι γε τὴν τοῦ βασιλέως περὶ αὐτὸν γνώμην οὐχ ἑώρα βεβαίως ἑστῶσαν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπαφεῖναι Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ βαρβάρους οὔτε ὅσιον οὔτε ἀσφαλὲς ᾤετο εἶναι.

34. Ἐπὶ τούτοις ἀπορουμένου Στελίχωνος, οἱ σὺν αὐτῷ βάρβαροι τὰ πρότερον αὐτοῖς ἐσκεμμένα κρατεῖν ἐθέλοντες ἀφέλκειν μὲν αὐτὸν ὧν μετὰ ταῦτα ἔκρινεν ἐπεχείρουν· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθον, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔν τισι χωρίοις ἔκριναν ἐπιμεῖναι, μέχρις ἂν ἣν εἶχεν ὁ βασιλεὺς περὶ Στελίχωνος γνώμην σαφέστερον ἐπιδείξειε, Σάρος δὲ καὶ σώματος ῥώμῃ καὶ ἀξιώσει τῶν ἄλλων συμμάχων προέχων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων βαρβάρων ἀν-

12 τό τε γὰρ τῶν?

bus, quos secum habebat, barbarorum foederatorum ducibus, quid agendum esset deliberandum proponit. visum omnibus communi sententia, recte se facturos, si principe necato (nam de hoc adhuc ambigebatur) pariter universi Romanis confoederati barbari coniunctis viribus in Romanos milites irruerent et hoc facto ceteros omnes ad modestiam revocarent, sin principem salvum esse constaret, interfectis magistratibus, tum vero seditionis auctores suppliciis afficiendos esse. huiusmodi quiddam a Stelichone ac barbaris, quos penes se habebat, re deliberata, decernitur. postea vero quam cognovissent nihil indignum in personam principis admissum, non amplius Stelicho castigandi exercitus causa procedendum, sed Ravennam abeundum statuit. nam et militum multitudinem ad animum revocabat, et praeterea principis animum erga se non videbat esse stabilem: barbaros denique Romanum in militem immittere neque pium neque tutum esse putabat.

34. Dum ob haec anxius haesitat Stelicho, quotquot aderant barbari, qui rata esse cuperent quae prius ab eis adhibita deliberatione decreta fuerant, abducere quidem illum ab iis conantur quae deinceps faciunda iudicabat: sed ubi persuadere non poterant, ceteri omnes quibusdam in locis haerendum statuunt, donec princeps animi sui de Stelichone sententiam magis perspicue declarasset. Sarus autem, qui et robore corporis et dignitate ceteris foederatis praestaret, opera militantium sub imperio suo barbarorum

ελὼν καθεύδοντας ἅπαντας οἳ Στελίχωνι προσεδρεύοντες ἔτυχον Οὖννοι, καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῷ πάσης ἀποσκευῆς γενόμενος ἐγκρατὴς ἐπὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἐχώρει, καθ᾽ ἣν διατρίβων ἀπεσκόπει τὰ συμβησόμενα. Στελίχων μὲν οὖν καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων διαστάντων ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ἀπιὼν παρεγγύα ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς βαρβάρων ἔτυχον οὖσαι γυναῖκες καὶ παῖδες, μηδένα δέχεσθαι βαρβάρων αὐταῖς προσιόντα· τῆς δὲ τοῦ βασιλέως γνώμης ἤδη κύριος Ὀλύμπιος γεγονὼς τοῖς ἐν τῇ Ῥαβέννῃ στρατιώταις ἔστελλε βασιλικὰ γράμματα κελεύοντα συλληφθέντα Στελίχωνα τέως ἐν ἀδέσμῳ παρ᾽ αὐτῶν ἔχεσθαι φυλακῇ. τοῦτο μαθὼν ὁ Στελίχων ἐκκλησίαν τινὰ τῶν Χριστιανῶν πλησίον οὖσαν νυκτὸς οὔσης ἔτι κατέλαβεν. ὅπερ οἱ συνόντες αὐτῷ βάρβαροι καὶ ἄλλως οἰκεῖοι τεθεαμένοι, μετὰ οἰκετῶν ὡπλισμένοι τὸ ἐσόμενον ἀπεσκόπουν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἦν ἤδη, παρελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ στρατιῶται, καὶ ὅρκοις πιστωσάμενοι τοῦ ἐπισκόπου παρόντος ὡς οὐκ ἀνελεῖν αὐτὸν ἀλλὰ φυλάξαι μόνον παρὰ τοῦ βασιλέως ἐτάχθησαν, ἐπειδὴ τῆς ἐκκλησίας ὑπεξελθὼν ὑπὸ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἦν φυλακήν, ἀπεδίδοτο δεύτερα γράμματα παρὰ τοῦ κεκομικότος τὰ πρότερα, θανάτου τιμώμενα τὰ κατὰ τῆς πολιτείας ἡμαρτημένα Στελίχωνι. Εὐχερίου δὲ τοῦ τούτου παιδὸς ἐν τῷ ταῦτα γενέσθαι πεφευγότος καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀναχωρήσαντος, ἤγετο Στελίχων ἐπὶ τὸν θάνατον. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν βαρβάρων καὶ οἰκετῶν καὶ ἄλλως οἰκείων (ἦσαν γὰρ πλῆθος οὐ

5 παρηγγύα? 19 πρότερα] δεύτερα LP.

necatis per quietem omnibus Hunnis, qui Stelichonis assidui satellites erant, omnibusque sequentibus illum potitus impedimentis, ad tentorium eius pergit, in quo tum degens quod futurum esset speculabatur. itaque Stelicho, barbaris etiam dissidentibus inter se, quos secum habebat, Ravennam petens civitates hortatur, in quibus forte barbarorum coniuges et liberi erant, ne quem barbarum ad se venientem intromitterent. Olympius vero, iam principis animo suam in potestatem redacto, literas ad milites Ravennates imperatorias mittit, quae Stelichonem apprehensum in libera custodia detineri iuberent. ea re cognita vicinam quandam Christianorum ecclesiam intempesta nocte ingressus est Stelicho. quod conspicati barbari qui cum eo erant, aliique familiares, armati cum servis suis quid futurum esset dispiciunt. posteaquam illuxisset, ingressi sunt ecclesiam milites, et episcopo praesente iureiurando Stelichoni confirmarunt non imperatum esse sibi a principe ut eum necarent, sed tantum ut custodirent. cum vero egressus extra ecclesiam sub custodia militum esse coepisset, alterae reddebantur ab eo qui priores attulerat literae, in quibus Stelichonis in rem publicam delictis poena capitis irrogabatur. Eucherio Stelichonis filio fuga, cum haec fierent, versus urbem Romam elapso; ad mortem Stelicho ducitur. cumque barbari, quotquot ipsi aderant, et famuli et alias necessarii, quorum erat multitudo non

μέτριον) ἀφελέσθαι τῆς σφαγῆς αὐτὸν ὁρμησάντων, σὺν ἀπειλῇ πάσῃ καὶ φόβῳ ταύτης αὐτοὺς Στελίχων ἀποστήσας τῆς ἐγχειρήσεως τρόπον τινὰ αὐτὸς τὸν τράχηλον ὑπέσχε τῷ ξίφει, πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν ἐν ἐκείνῳ δυναστευσάντων τῷ χρόνῳ γεγονὼς μετριώτερος. Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ καὶ ἀμφοῖν αὐτοῦ τοῖν παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτραπείς, τρεῖς δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκὼς οὐκ ἐφάνη ποτὲ στρατιώταις ἐπὶ χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας ἢ στρατιωτικὴν σίτησιν εἰς οἰκεῖον παρελόμενος κέρδος. πατὴρ δὲ παιδὸς ἑνὸς γεγονὼς ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀξίαν ἄχρι τοῦ λεγομένου νοταρίων τριβούνου, μηδεμίαν αὐτῷ περιποιήσας ἀρχήν. ὡς δὲ μηδὲ τὸν χρόνον ἀγνοῆσαι τοὺς φιλομαθοῦντας τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, Βάσσου μὲν ἦν ὑπατεία καὶ Φιλίππου, καθ' ἣν καὶ Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς ἔτυχε τῆς εἱμαρμένης, τῇ δὲ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ.

35. Στελίχωνος τελευτήσαντος τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις ἅπαντα κατὰ τὴν Ὀλυμπίου διετίθετο βούλησιν, καὶ αὐτὸς μὲν τὴν τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν παρελάμβανε, τὰς δὲ ἄλλας διένειμεν ὁ βασιλεὺς οἷς Ὀλύμπιος ἐμαρτύρει. πανταχόθεν δὲ τῶν Στελίχωνος οἰκείων ἢ ἄλλως τὰ τούτου φρονεῖν δοκούντων διερευνωμένων, εἰς κρίσιν ἤγοντο Δευτέριος ὁ τῆς φυλακῆς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος προεστὼς καὶ Πέτρος ὁ τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων ἡγούμενος, καὶ δημοσίαν ὑποστάντες ἐξέτασιν ἠναγκάζοντό τι περὶ Στελίχωνος λέγειν. ὡς δὲ οὔτε καθ' ἑαυτῶν οὔτε κατ' ἐκείνου

3 ὑπέσχετο libri. 11 περιποιήσας H: libri περιποιῆσαι.

modica, neci eum eripere citato impetu statuissent, variis Stelicho minis et terrore proposito ab hoc eos conatu revocavit, et quodam modo cervicem ipsemet gladio praebuit, vir omnium, quotquot id temporis magna cum potestate fuerunt, modestissimus. licet enim filiae fratris Theodosii maioris matrimonio iunctus esset, amborumque Theodosii filiorum regna ei credita fuissent, et annos tres et viginti militum ducis munus gessisset, nunquam tamen animadversum est eum militibus interveniente pecunia magistratus praefecisse vel annonam militarem in lucrum suum vertisse. cumque pater filii duntaxat unius esset, hanc ei dignitatis metam statuit, ut ad officium Tribuni notariorum (quem vocant) provecto nullam aliam potestatem acquireret. ut autem homines studiosi tempus etiam mortis ipsius non ignorent, sciant eam accidisse a. d. 10 kal. Septembres, Bassi Philippique consulatu; quibus consulibus et Arcadius imperator fato functus est.

48. *Καταστήσας δὲ ὁ βασιλεὺς Εὐσέβιον μὲν ἀντὶ Τερεντίου φύλακα τοῦ κοιτῶνος, Οὐάλεντι δὲ τὴν ἀρχὴν ἣν εἶχε Τουρπιλλίων παραδούς, καὶ μετὰ Βιγελάντιον Ἀλλόβιχον ἵππαρχον καταστήσας, τὴν μὲν τῶν στρατιωτῶν παύειν πως ἔδοξε στάσιν, Ἰόβιος δὲ ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, πᾶσαν εἰς αὐτὸν τὴν παρὰ βασιλεῖ δύναμιν περιστήσας, ἔγνω πρέσβεις ἐκπέμψαι πρὸς Ἀλάριχον, ἄχρι τῆς Ῥαβέννης αὐτὸν παραγενέσθαι παρακαλοῦντας ὡς δὴ τῆς εἰρήνης αὐτόθι γενησομένης. πεισθέντος δὲ τοῖς τοῦ βασιλέως καὶ τοῖς Ἰοβίου γράμμασιν Ἀλαρίχου, παραγενομένου τε εἰς τὴν Ἀρίμινον Ῥαβέννης ἀφεστῶσαν μιλίοις τριάκοντα, συνδραμὼν κατὰ ταύτην Ἰόβιος, ἅτε ἐν ταῖς Ἠπείροις πρόξενος καὶ φίλος Ἀλαρίχῳ γεγενημένος, τοὺς περὶ τῶν συνθηκῶν ἐποιήσατο λόγους. ἀπῄτει δὲ Ἀλάριχος χρυσίον μὲν ἔτους ἑκάστου δίδοσθαί τι ῥητὸν καὶ σίτου τι χορηγεῖσθαι μέτρον, οἰκεῖν δὲ αὐτὸν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ πᾶσι Βενετίας ἄμφω καὶ Νωρικοὺς καὶ Δαλματίαν. ταῦτα ἐναντίον Ἀλαρίχου γράψας Ἰόβιος ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, δοὺς καὶ ἴδια πρὸς αὐτὸν γράμματα παραινοῦντα καταστῆσαι δυνάμεως ἑκατέρας στρατηγὸν Ἀλάριχον, ὥστε ταύ-*

2 *τὴν μετὰ δολιανὸν* LP. 6 *Ἀλλέβιχος* P. Olympiodorus *Ἀλλόβιχος*, Sozomenus *Ἀλάβιχος*, cod. Theod. (l. 1 de calumniatorib.) *Hellebicus*, Chrysostomus *Ἐλλέβιχος*. *ἵππαρχον* Valesius ad Sozom. 9 7: vulgo *ὕπαρχον*. 8 Olympiodorus modo *Ἰωβιανός*, modo *Ἰώβιος*. cod. Theod. (l. 7 de denuntiationib.) *Iovius*. *R.* 18 pro *Βενετίας* haud scio an rectius legerimus *Παιονίας*. *S.* erat tamen Venetia inferior et superior, ut vel e Notit. utriusque imp. constat. *H.*

se supplicium concitarent. Terentius in Orientem relegatur, Arsacius Mediolani se continere iubetur.

48. Hinc imperator in Terentii locum Eusebio cubiculi praeposito creato, Turpillionis potestate Valenti tradita, post Vigilantium Allobicho praefectura mandata, quodammodo seditionem militarem sedare visus est. Iovius autem praefectus praetorii, cum omnem apud imperatorem potentiam in se transtulisset, legatos ad Alarichum mittere decrevit, qui eum hortarentur ut ad ipsam usque Ravennam accederet, quod istic pacem facturi essent. Alaricho principis et Iovii literis assenso, et Ariminum profecto, quae Ravenna triginta miliaribus abest, celeriter eo Iovius quoque se contulit; et quod in Epiris Alarichi hospes et amicus factus fuisset, de foedere pangendo tractat. Alarichi haec postulata erant, ut in annos singulos auri certa summa solveretur, et annonae mensura quaedam suppeditaretur; ut item ipse cum suis omnibus utramque Venetiam et Noricos et Dalmatiam incoleret. haec Iovius Alaricho praesente perscripta mittit ad imperatorem, datis ad eundem seorsum quoque literis, quibus eum cohortabatur, Alarichum utrius-

της αὐτὸν τυχόντα τῆς θεραπείας χαλάσαι τι τῆς βαρύτητος τῶν συνθηκῶν καὶ ἐπὶ φορητοῖς καὶ μετρίοις ποιήσασθαι τὰς σπονδάς. ταύτην δεξάμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπιστολὴν καταγινώσκει μὲν τῆς Ἰοβίου προπετείας, γράμμασι δὲ ἐχρῆτο πρὸς αὐτὸν δι' ὧν ἐδήλου χρυσίου μὲν καὶ σίτου μέτρον αὐτὸν ὁρίσαι προσήκειν οἷα τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα καὶ τὴν τῶν δημοσίων φόρων ἐπιστάμενον δύναμιν, ἀξίαν δὲ ἢ στρατηγίαν μή ποτε Ἀλαρίχῳ δώσειν ἢ τισι τῶν τῷ γένει προσηκόντων. (49) ταύτην δεξάμενος ὁ Ἰόβιος τὴν ἐπιστολὴν οὐ καθ' ἑαυτὸν ἀνελίξας ἀνέγνω ταύτην ἀλλὰ εἰς ἐπήκοον Ἀλαρίχου. καὶ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἤνεγκεν· ὡς δὲ ἀρνηθεῖσαν εἶδεν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ γένει τὴν τῆς στρατηγίας ἀρχήν, ἀναστὰς εἰς ὀργὴν αὐτόθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους ἐκέλευσεν ὡς αὐτίκα τὴν εἰς αὐτὸν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀμυνούμενος ὕβριν. Ἰόβιος δὲ ἀπορηθεὶς ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῶν τοῦ βασιλέως γραμμάτων εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐπανήει. βουλόμενος δὲ τῆς μέμψεως αὐτὸν ἀπολῦσαι κατέλαβεν ὅρκοις Ὁνώριον, ἦ μὴν εἰρήνην μή ποτ' ἔσεσθαι πρὸς Ἀλάριχον, ἀλλ' ἄχρι παντὸς πολεμήσειν. ὤμνυ δὲ καὶ αὐτὸς ὅρκον τῆς βασιλείας ἁψάμενος κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἄλλους οἳ τὰς ἀρχὰς εἶχον ταὐτὸν ποιῆσαι παρασκευάσας.

50. Τούτων πραχθέντων ὁ βασιλεὺς ὡς δὴ πολεμήσων Ἀλαρίχῳ μυρίους εἰς συμμαχίαν Οὔννους ἐπεκαλεῖτο· τροφὴν δὲ τούτοις ἕτοιμον εἶναι παριοῦσι βουλόμενος, σῖτον καὶ πρόβατα καὶ

20 ποῆσαι L.

que militiae magistrum constitueret, ut hoc modo delinitus de condicionum asperitate nonnihil remitteret, ac tolerabilibus moderatisque legibus pacem faceret. imperator, his acceptis literis, Iovii temeritatem damnat, et vicissim missis ad eum literis significat, auri quidem et annonae modum ut ipse statueret aequum esse, qui et praefectus esset praetorii et publicorum tributorum copiam facultatemque perspectam haberet, at dignitatem aut ducis officium nunquam se vel Alaricho vel eius gentilibus concessurum. (49) hanc epistolam cum Iovius accepisset, non seorsum apertam sed audiente Alaricho legit. is cetera quidem moderate tulit, verum ubi negatum sibi gentique suae militiae magisterium vidit, mox ira percitus Romam contendere barbaros suos iussit, quasi confestim factam sibi totique genti suae iniuriam ulturus. Iovius autem ob inexspectatas hasce literas imperatoris ad inopiam consilii redactus, Ravennam rediit. cumque se omni culpa liberare vellet, Honorium sacramentis obstrinxit, quibus sancte polliceretur nunquam se pacem cum Alaricho facturum, sed bellum perpetuo gesturum. simul et ipse principis tacto capite iusiurandum praestat, et a ceteris, quotquot erant cum potestate, consimile quiddam exigit.

50. His actis imperator, qui Alaricho bellum facturus esset, decem milia Hunnorum in societatem arcessit; et quod eis adventantibus annonas

βόας τοὺς ἀπὸ τῆς Δαλματίας εἰσφέρειν ἐκέλευεν. ἔπεμπε δὲ τοὺς κατασκοπήσοντας ὅπως τὴν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁδὸν Ἀλάριχος ποιεῖται, καὶ πανταχόθεν τὰς δυνάμεις συνήθροιζεν. Ἀλάριχος δὲ εἰς μετάμελον ἐλθὼν ἐπὶ τῇ κατὰ τῆς Ῥώμης ὁρμῇ, τοὺς κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐξέπεμπε πρεσβευσομένους ἅμα καὶ παραινοῦντας τῷ βασιλεῖ μὴ περιιδεῖν τὴν ἀπὸ πλειόνων ἢ χιλίων ἐνιαυτῶν τοῦ πολλοῦ τῆς γῆς βασιλεύουσαν μέρους ἐκδιδομένην βαρβάροις εἰς πόρθησιν, μηδὲ οἰκοδομημάτων μεγέθη τηλικαῦτα διαφθειρόμενα πολεμίῳ πυρί, θέσθαι δὲ τὴν εἰρήνην ἐπὶ μετρίαις σφόδρα συνθήκαις. οὔτε γὰρ ἀρχῆς ἢ ἀξίας δεῖσθαι τὸν βάρβαρον, οὔτε τὰς πρότερον ἐπαρχίας ἔτι πρὸς οἴκησιν βούλεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος λαβεῖν, ἀλλὰ μόνους ἄμφω Νωρικούς, ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς που τοῦ Ἴστρου κειμένους, συνεχεῖς τε ὑφισταμένους ἐφόδους καὶ εὐτελῆ φόρον τῷ δημοσίῳ εἰσφέροντας, καὶ σῖτον ἐπὶ τούτοις ἔτους ἑκάστου τοσοῦτον ὅσον ἀρκεῖν ὁ βασιλεὺς οἰηθείη. συγχωρεῖν δὲ καὶ τὸ χρυσίον, εἶναί τε φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν αὐτῷ καὶ Ῥωμαίοις κατὰ παντὸς αἴροντος ὅπλα καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ τῆς βασιλείας ἐγειρομένου. (51) ταῦτα ἐπιεικῶς καὶ σωφρόνως Ἀλαρίχου προτεινομένου, καὶ πάντων ὁμοῦ τὴν τοῦ ἀνδρὸς μετριότητα θαυμαζόντων, Ἰόβιος καὶ οἱ τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντες ἀνήνυτα ἔφασκον τὰ αἰτούμενα εἶναι, πάντων ὅσοι τὰς ἀρχὰς εἶχον ὀμωμοκότων μὴ ποιεῖσθαι πρὸς Ἀλάριχον εἰρήνην.

10 ἢ om libri. cf. ἀξίαν δὲ ἢ στρατηγίαν p. 315 7.

paratas esse vellet, frumentum et pecora et boves e Dalmatia adduci iussit. misit et quosdam exploraturos quonam modo Romam Alarichus iter suum institueret. copias quoque suas ex omnibus locis evocat. Alarichus autem, quod eum susceptae adversus Romam expeditionis paenituisset, episcopos urbium ablegat, qui simul et legatione fungerentur, et auctores Honorio essent ne culpa sua sineret eam urbem, quae iam a pluribus quam mile annis magnae parti orbis terrarum imperasset, barbaris vastandam dedi, nec tantas aedificiorum moles hostili flamma deleri, sed potius moderatis admodum condicionibus pacem componeret. nec enim opus esse sibi dignitate potestatis, nec se iam postulatas prius provincias ad constituendas in eis sedes petere, sed ambos tantum Noricos, ad extremas Istri partes sitos, et qui continuis incursionibus vexentur tenueque fisco tributum inferant. praeter haec annonae tantum in annos singulos adiiceret, quantum ipse princeps satis esse putaret. quin et ab auri se postulato discedere, ac velle ut amicitia sit belli que societas inter se ac Romanos adversus quemvis qui arma sumeret et ad gerendum adversus rem publicam bellum se commoveret. (51) cum haec Alarichus leniter ac modeste proponeret, omnesque simul hominis moderationem admirarentur, Iovius et alii, penes quos secundum principem potestas omnis erat, haec postulata concedi propterea posse negabant, quod omnes magistratus iureiurando se obstrinxissent, cum Alaricho se pacem

εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν θεὸν τετυχήκει δεδομένος ὅρκος, ἦν ἂν ὡς εἰκὸς παριδεῖν ἐνδιδόντας τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην· ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως ὁμωμόκεσαν κεφαλῆς, οὐκ εἶναι θεμιτὸν αὐτοῖς εἰς τὸν τοσοῦτον ὅρκον ἐξαμαρτεῖν. τοσοῦτον ἐφύλαττεν ὁ νοῦς τῶν τότε τὴν πολιτείαν οἰκονομούντων, θεοῦ προνοίας ἐστερημένων.

Z.

Ἀλάριχος μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς οὕτω μετρίαις αἰτήσεσι περιυβρισθεὶς ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἤλαυνε πανστρατιᾷ, τῇ κατ' αὐτῆς πολιορκίᾳ προσκαρτερήσων. ἐν τούτῳ δὲ παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ τυραννήσαντος ἐν Κελτοῖς ἀφίκετο πρὸς Ὁνώριον κατὰ πρεσβείαν Ἰόβιος, παιδείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαπρέπων, βεβαιωθῆναι τὴν πρότερον ὁμολογηθεῖσαν εἰρήνην, καὶ ἅμα συγγνώμην ἕνεκα τῆς ἀναιρέσεως Διδυμίου καὶ Βερηνιανοῦ τῶν συγγενῶν Ὁνωρίου τοῦ βασιλέως αἰτῶν· ἀπελογεῖτο γὰρ λέγων ὡς οὐ κατὰ προαίρεσιν ἀνῄρηνται Κωνσταντίνου. συντεταραγμένον δὲ τὸν Ὁνώριον θεασάμενος, εὔλογον ἔφασκεν εἶναι ταῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐνασχολουμένῳ φροντίσιν ἐνδοῦναι· συγχωρούμενος δὲ πρὸς Κωνσταντῖνον

5 ἐφλύαττεν *Toupius* Emend. in Suidam P. 3 p. 165 quo nescio an non peius ἐτύφλωττεν. 9 περὶ LP. 14 ὡς om LP. 17 Κωνστάντιον LP.

nullam facturos. quippe si deo praestitum fuisset iusiurandum, fortasse negligi posse, permittendo benignitati divinae facinoris impii condonationem: sed quando per caput imperatoris iurassent, non iam ei fas esse contra tam grave iusiurandum delinquere. usque adeo perversa mens illorum erat, qui dei cura destituti rem publicam id temporis administrabant.

VI.

Alarichus ergo cum tam aequa postulata proposuisset, indignum in modum ludibrio habitus universis cum copiis Romam ducit, constanter in urbis obsidione perstiturus. eo tempore venit ad Honorium legatus a Constantino, qui apud Celtas tyrannidem invaserat, Iovius, vir eruditione doctrinae ceterisque virtutibus excellens, qui constitutam prius pacem, ratam haberi, praetereaque veniam ob interfectos imperatoris Honorii propinquos, Didymium et Verenianum, posceret: sic enim hoc factum purgabat ut eos Constantini voluntate necatos infitiaretur. postquam Honorium gravius commotum vidit, recte facturum ait, si curis Italicis occupatus aliquid concederet. quodsi potestas sibi fieret ad Constantinum abeundi et casus Italiae nun-

ἐκδημῆσαι καὶ τὰ συνέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἀγγεῖλαι, μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸν ἥξειν ἅμα παντὶ τῷ ἐν Κελτοῖς καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἐν τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ στρατεύματι ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ῥώμην βοηθήσοντα περιστάσεσι. καὶ ὁ μὲν Ἰόβιος ἐπὶ τούτοις ἀναχωρεῖν ἐπετράπη· τὰ δὲ ἐν Κελτοῖς οὔπω τῆς προσηκούσης ἀφηγήσεως ἀξιωθέντα δίκαιον ἄνωθεν, ὡς ἕκαστα ἐπράχθη, διεξελθεῖν.

a. 407 2. Ἔτι βασιλεύοντος Ἀρκαδίου, καὶ ὑπάτων ὄντων Ὀνωρίου τὸ ἕβδομον καὶ Θεοδοσίου τὸ δεύτερον, οἱ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατευόμενοι στασιάσαντες ἀνάγουσι Μάρκον ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, καὶ ὡς κρατοῦντι τῶν αὐτόθι πραγμάτων ἐπείθοντο. ἀνελόντες δὲ τοῦτον ὡς οὐχ ὁμολογοῦντα τοῖς αὐτῶν ἤθεσιν, ἄγουσι Γρατιανὸν εἰς μέσον, καὶ ἁλουργίδα καὶ στέφανον ἐπιθέντες ἐδορυφόρουν ὡς βασιλέα. δυσαρεστήσαντες δὲ καὶ τούτῳ τέσσαρσιν ὕστερον μησὶ παραλύσαντες ἀναιροῦσι, Κωνσταντίνῳ παραδόντες τὴν βασιλείαν. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸν καὶ Νεβιογάστην ἄρχειν τῶν ἐν Κελτοῖς τάξας στρατιωτῶν ἐπεραιώθη, τὴν Βρεττανίαν καταλιπών· ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν (πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται, Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω) καὶ ἐν ταύτῃ διατρίψας ἡμέρας τινάς, πάντα τε οἰκειωσάμενος τὰ στρατεύματα μέχρι τῶν Ἄλπεων ὄντα τῶν ὁριζουσῶν Γαλατίαν καὶ Ἰταλίαν, ἀσφαλῶς ἔχεσθαι τῆς βασιλείας ἐδόκει. κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Σάρον τὸν στρατηγὸν ἐκπέμπει μετὰ στρατεύματος κατὰ Κωνσταντίνου Στελίχων. ὁ δὲ Ἰουστινιανῷ τῷ στρα-

3 στρατιώταις LP. 15 Olympiodoro Ἰουστῖνος. Νεβιογάστιον LP, Νεοβιγάστην Olympiodorus. cf. Ἀρβογάστην. 18 fortasse Γαλατίας. R. ἄνω LP, errore manifesto. S.

tiandi, non multo post rediturum cum omnibus Celticis et Hispanicis et Britannicis copiis, ac rebus Italicis et urbanis opem laturum. his condicionibus abeundi copiam nactus est Iovius. ceterum Celticae res, necdum uti par erat expositas, aequum fuerit inde usque a superioribus annis, quo pacto sigillatim gestae fuerint, commemorari.

2. Quo tempore Arcadius adhuc imperabat, Honorio 7 et Theodosio iterum coss. milites Britannici seditione concitata Marcum in regio solio collocant, eique tanquam rerum in iis locis potienti se subiiciunt. eo deinde necato veluti moribus eorum non respondenti, Gratianum in medium producunt, et purpura coronaque ornatum ceu principem solito satellitio comitantur. verum et huic improbato post menses quattuor imperium abrogant et vitam eripiunt, Constantino rerum summa tradita. is ubi Iustinianum et Nevigasten Celticis militibus praefecisset, Britannia relicta transmisit; cumque Bononiam venisset (ea prima mari adiacet, inferioris Germaniae civitas) et in ea dies aliquot fuisset commoratus, omnesque sibi exercitus ad Alpes usque Galliam et Italiam disterminantes conciliasset, imperium tuto iam possidere videbatur. eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Constantinum ablegat. is Iustiniano duci cum copiis suis obviam profe-

τηγῷ μετὰ τῆς δυνάμεως τῆς σὺν αὐτῷ ἀπαντήσας αὐτόν τε ἀναιρεῖ καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν πλείονα μοῖραν· καὶ λείας πολλῆς γενόμενος κύριος, ἐπειδὴ Κωνσταντῖνον αὐτὸν ἔγνω πόλιν καταλαβόντα Βαλεντίαν, ἀρκοῦσαν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, εἰς πολιορκίαν κατέστησε. Νεβιογάστου δὲ τοῦ λειπομένου στρατηγοῦ λόγους τῷ Σάρῳ περὶ φιλίας προσάγοντος ἐδέχετο μὲν ὡς φίλον τὸν a. 408
ἄνδρα, δοὺς δὲ καὶ λαβὼν ὅρκους ἀναιρεῖ παραχρῆμα, μηδένα τῶν ὅρκων ποιησάμενος λόγον. Κωνσταντίνου δὲ στρατηγὸν καταστήσαντος Ἐδόβιγχον Φράγκον ὄντα τὸ γένος, Γερόντιον δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ὁρμώμενον, δείσας ὁ Σάρος τὴν τῶν στρατηγῶν τούτων περὶ τὰ πολέμια πεῖραν ὁμοῦ καὶ ἀνδρίαν ἀνεχώρησε τῆς Βαλεντίας, ἑπτὰ πολιορκήσας ταύτην ἡμέρας. καταδραμόντων δὲ αὐτὸν τῶν Κωνσταντίνου στρατηγῶν μετὰ μεγίστης δυναστείας, σὺν πολλῷ διεσώθη πόνῳ, τὴν λείαν ἅπασαν δωρησάμενος τοῖς περὶ τὰς Ἄλπεις ἀπαντήσασιν αὐτῷ Βακαύδαις, ὅπως εὐρυχωρίας παρ᾽ αὐτῶν τύχῃ τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν παρόδου. Σάρου τοίνυν οὕτως εἰς τὴν Ἰταλίαν διασωθέντος, συναγαγὼν ὁ Κωνσταντῖνος τὴν δύναμιν ἅπασαν ἔγνω φυλακὰς ἀρκούσας ἐγκαταστῆσαι ταῖς Ἄλπεσιν. ἦσαν δὲ αὗται τρεῖς, αἳ τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπὸ Κελτῶν κἀκεῖθεν ἐπέκεινα [τὰς] ὁδοὺς ἀποκλείουσαι, Κοττίαι Ποινίναι Μαριτίμαι. ταῦτα δὲ δι᾽ αἰτίαν τοιάνδε τῆς εἰρημένης μοι προνοίας ἠξίωσεν. (3) ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις, ἕκτον ἤδη a. 406
τὴν ὕπατον ἔχοντος ἀρχὴν Ἀρκαδίου καὶ Πρόβου, Βανδίλοι Συή-

9 Ἐδόβιχος Sozomeno. pro δὲ rectius legetur τε. *S.* 16 ἐπὶ] περὶ libri. 20 *Κοττία, Ποινίνα* P. 23 *Σύμβοις* LP: corr *S.*

ctus eum cum maiore exercitus parte interfecit; et ingenti praeda potitus, quod intellexisset Constantinum se recepisse Valentiam, urbem ad defensionem eius satis idoneam, hanc ipsam obsidere instituit. alter dux copiarum Nevigastes, cum Saro de pace colloquens, amice quidem ab eo fuit exceptus, sed ultro citroque praestitis sacramentis confestim occisus, religione iurisiurandi ab Saro violata. cum autem Constantinus Edobinchum, natione Francum, et oriundum e Britannia Gerontium duces his suffecisset, Sarus horum ducum in re militari experientiam et fortitudinem veritus a Valentia discessit, quam septem diebus obsederat. cumque Constantini duces in eum maximis viribus proruissent, multo labore salvus evasit, universa praeda Bacaudis, quae ad Alpes illi occurrerant, concessa, ut ab eis adeundae Italiae facultatem impetraret. cum Sarus hoc modo in Italiam pervenisset incolumis, Constantinus universis collectis copiis Alpes idoneo praesidio munire decrevit. eae tres omnino sunt, quae in Italiam a Celtis atque inde ulterius ducentia claudunt itinera. videlicet Cottiae Poeninae Maritimae. haec uti faceret ea cura quam diximus, causa quaedam erat huiusmodi. (3) superioribus annis, Arcadio 6 et Probo coss., Vandali Suevis et Alanis

βοις καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμίξαντες τούτους ὑπερβάντες τοὺς τόπους τοῖς ὑπὲρ Ἄλπεις ἔθνεσιν ἐλυμήναντο, καὶ πολὺν ἐργασάμενοι φόνον ἐπίφοβοι καὶ τοῖς ἐν Βρεττανίαις στρατοπέδοις ἐγέ- a. 407 νοντο, συνηνάγκασαν δέ, δέει τοῦ μὴ κἀπὶ σφᾶς προελθεῖν, εἰς τὴν τῶν τυράννων ὁρμῆσαι χειροτονίαν, Μάρκου λέγω καὶ Γρατιανοῦ καὶ ἐπὶ τούτοις Κωνσταντίνου· πρὸς ὃν μάχης καρτερᾶς γενομένης ἐνίκων μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων κατασφάξαντες μέρος, τοῖς δὲ φεύγουσιν οὐκ ἐπεξελθόντες (ἢ γὰρ ἂν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν) ἐνέδωκαν αὐτοῖς ἀνακτησαμένοις τὴν ἧτταν καὶ βαρβάρων πλῆθος συναγαγοῦσιν αὖθις ἀξιομάχους γενέσθαι. διὰ ταῦτα τοίνυν τούτοις τοῖς τόποις φύλακας ἐγκατέστησε Κωνσταντῖνος, ὡς ἂν μὴ τὴν εἰς Γαλατίαν ἀνειμένην ἔχοιεν πάροδον. ἐγκατέστησε δὲ καὶ τῷ Ῥήνῳ πᾶσαν ἀσφάλειαν, ἐκ τῶν Ἰουλιανοῦ βασιλέως χρόνων ῥᾳθυμηθεῖσαν.

a. 408 4. Οὕτω τὰ κατὰ τὴν Γαλατίαν πᾶσαν οἰκονομήσας, Κώνσταντι τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα περιθεὶς ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, καὶ τῶν αὐτόθι πάντων ἐθνῶν ἐγκρατὴς γενέσθαι βουλόμενος, ὥστε καὶ τὴν ἀρχὴν αὐξῆσαι καὶ ἅμα τὴν τῶν Ὀνωρίου συγγενῶν αὐτόθι δυναστείαν ἐκκόψαι· δέος γὰρ αὐτὸν εἰσῄει μή ποτε δύναμιν συναγαγόντες τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν αὐτοὶ μὲν αὐτῷ διαβάντες τὴν Πυρήνην ἐπέλθοιεν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἰταλίας ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος ἐπιπέμψας αὐτῷ τὰ στρατό-

2 ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις R. 3 malim Βρεττανίᾳ. cf. c. 5 Ἰβηρίᾳ. 4 κἀπὶ] libri καί. 21 Τυρρήνην P.

permisti superatis hisce locis nationes transalpinas vastarunt, editaque ingenti caede Britanniarum etiam exercitibus formidabiles exstiterunt. quos quidem eo perpulerunt, ut veriti ne progrederentur ulterius, ad tyrannos eligendos se converterent, Marcum inquam et Gratianum et secundum hos Constantinum. adversus quem acri commisso proelio victoria quidem Romani potiti sunt, maiore barbarorum parte iugulata; sed quod fugientes insecuti non essent (omnes enim ad internecionem usque cecidissent), facultatem eis concesserunt ut resarcita clade quam acceperant, et collecta barbarorum multitudine, rursus hosti pares evaderent. propter has ergo causas praesidiarios in hisce locis Constantinus collocavit, ne isti liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque praesidio munivit idoneo, quod a Iuliani principis temporibus neglectum fuerat.

4. Hoc modo rebus in universa Gallia constitutis, Constantem, filiorum natu maximum, habitu Caesaris ornatum in Hispaniam ablegat. nam et istic universas in potestatem redigere nationes cupiebat, tum ut imperii limites prolataret, tum etiam ut Honorii propinquorum potentiam in iis locis exscinderet. metuebat enim ne quando coactis militum in ea regione copiis ipsi monte Pyrene superato se adorirentur, et imperator Honorius, ex Italia mis-

πεδα τῆς τυραννίδος, κύκλῳ πανταχόθεν περιλαβών, παραλύσειεν. ἐπὶ τούτοις ὁ Κώνστας εἰς τὴν Ἰβηρίαν διέβη, στρατηγὸν μὲν Τερέντιον ἔχων, Ἀπολλινάριον δὲ τῆς αὐλῆς ὕπαρχον. τῶν δὲ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἄρχοντάς τε πολιτικοὺς ἅμα καὶ στρατιωτικοὺς καταστήσας, ἄγει διὰ τούτων ἐπ' ἐκείνους οἳ γένει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προσήκοντες τὰ τῆς Ἰβηρίας συνεταράττοντο πράγματα, πρότερον μὲν πρὸς αὐτὸν Κώνσταντα διὰ τῶν ἐν τῇ Λυσιτανίᾳ στρατοπέδων ἀράμενοι πόλεμον, ἐπεὶ δὲ πλεονεκτεῖσθαι συνῄσθοντο, πλῆθος οἰκετῶν καὶ γεωργῶν ἐπιστρατεύσαντες καὶ παρὰ βραχὺ καταστήσαντες αὐτὸν εἰς μέγιστον κίνδυνον. ἀλλὰ κἀνταῦθα τῆς ἐλπίδος διαμαρτόντες Κώσταντι σὺν ταῖς σφῶν γυναιξὶν ἦσαν ἐν φυλακῇ· ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τούτων ἀδελφοὶ Θεοδόσιός τε καὶ Λαγώδιος, ὁ μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν διέφυγεν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἑῴαν διασωθεὶς ἀνεχώρησε.

5. *Ταῦτα κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ὁ Κώνστας διαπραξάμενος ἐπανῆλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον, ἐπαγόμενος Βερηνιανὸν καὶ Διδύμιον, καταλιπών τε αὐτόθι τὸν στρατηγὸν Γερόντιον, ἅμα τοῖς ἀπὸ Γαλατίας στρατιώταις, φύλακα τῆς ἀπὸ Κελτῶν ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν παρόδου, καίτοι γε τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ στρατοπέδων ἐμπιστευθῆναι κατὰ τὸ σύνηθες τὴν φυλακὴν αἰτησάντων, καὶ μὴ ξένοις ἐπιτραπῆναι τὴν τῆς χώρας ἀσφάλειαν. Βερηνιανὸς μὲν οὖν καὶ Διδύμιος ὡς Κωνσταντῖνον ἀχθέντες ἀνῃρέθησαν παραχρῆμα, Κώνστας δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς*

8 an *Γερόντιον?* cf. c. 5. 5 *ἐπ'* om LP. 6 forsan divise legendum *συνετάραττον τότε.* S. 12 Sozomeno *Θεοδοσίωλος.* 17 *δὲ* P. 19 *Ἰβηρίαις* P.

sis exercitibus undique circumdato sibi tyrannidem abrogaret. itaque Constans in Hispaniam transiit, cum ducem Terentium et Apollinarem praefectum praetorii haberet, ac palatinis etiam ordinibus magistratus tam civiles quam militares dedisset. atque his ductoribus copias in eos movet, qui generis affinitate Theodosium principem contingentes Hispanas res conturbabant. illi, primo per Lusitanicos exercitus suscepto adversus Constantem bello, cum ab illo se vinci viderent, cum servorum et agricolarum multitudine hostem aggressi parum abfuit quin eum in gravissimum discrimen adducerent. sed hic quoque spe sua frustrati a Constante cum uxoribus in custodiam dati sunt. qua re fratribus eorum Theodosio Lagodioque nuntiata, in Italiam profugit alter, alter in Orientem salvus evasit.

5. His rebus Constans in Hispania gestis ad patrem Constantinum reversus est, adducto secum Vereniano et Didymio, relictoque istic duce Gerontio, qui cum Gallicis militibus iter illud quod e Celtis in Hispaniam ducit custodiret, quanquam exercitus Hispanici hanc custodiam sibi pro more credi, nec regionis tutelam extraneis committi, petiissent. ceterum Verenianus et Didymius ad Constantinum perducti mox interfecti sunt. inde rur-

ἐκδημῆσαι καὶ τὰ συνέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἀγγεῖλαι, μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸν ἥξειν ἅμα παντὶ τῷ ἐν Κελτοῖς καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἐν τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ στρατεύματι ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ῥώμην βοηθήσοντα περιστάσεσι. καὶ ὁ μὲν Ἰόβιος ἐπὶ τούτοις ἀναχωρεῖν ἐπετράπη· τὰ δὲ ἐν Κελτοῖς οὔπω τῆς προσηκούσης ἀφηγήσεως ἀξιωθέντα δίκαιον ἄνωθεν, ὡς ἕκαστα ἐπράχθη, διεξελθεῖν.

a. 407 2. Ἔτι βασιλεύοντος Ἀρκαδίου, καὶ ὑπάτων ὄντων Ὁνωρίου τὸ ἕβδομον καὶ Θεοδοσίου τὸ δεύτερον, οἱ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατευόμενοι στασιάσαντες ἀνάγουσι Μάρκον ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, καὶ ὡς κρατοῦντι τῶν αὐτόθι πραγμάτων ἐπείθοντο. ἀνελόντες δὲ τοῦτον ὡς οὐχ ὁμολογοῦντα τοῖς αὐτῶν ἤθεσιν, ἄγουσι Γρατιανὸν εἰς μέσον, καὶ ἁλουργίδα καὶ στέφανον ἐπιθέντες ἐδορυφόρουν ὡς βασιλέα. δυσαρεστήσαντες δὲ καὶ τούτῳ τέσσαρσιν ὕστερον μησὶ παραλύσαντες ἀναιροῦσι, Κωνσταντίνῳ παραδόντες τὴν βασιλείαν. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸν καὶ Νεβιογάστην ἄρχειν τῶν ἐν Κελτοῖς τάξας στρατιωτῶν ἐπεραιώθη, τὴν Βρεττανίαν καταλιπών· ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν (πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται, Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω) καὶ ἐν ταύτῃ διατρίψας ἡμέρας τινάς, πάντα τε οἰκειωσάμενος τὰ στρατεύματα μέχρι τῶν Ἄλπεων ὄντα τῶν ὁριζουσῶν Γαλατίαν καὶ Ἰταλίαν, ἀσφαλῶς ἕξεσθαι τῆς βασιλείας ἐδόκει. κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Σάρον τὸν στρατηγὸν ἐκπέμπει μετὰ στρατεύματος κατὰ Κωνσταντίνου Στελίχων. ὁ δὲ Ἰουστινιανῷ τῷ στρα-

3 στρατιώταις LP. 15 Olympiodoro Ἰουστῖνος. Νεβιογάστιον LP, Νεοβιγάστην Olympiodorus. cf. Ἀρβογάστην. 18 fortasse Γαλατίας. R. ἄνω LP, errore manifesto. S.

tiandi, non multo post rediturum cum omnibus Celticis et Hispanicis et Britannicis copiis, ac rebus Italicis et urbanis opem laturum. his condicionibus abeundi copiam nactus est Iovius. ceterum Celticae res, necdum uti par erat expositas, aequum fuerit inde usque a superioribus annis, quo pacto sigillatim gestae fuerint, commemorari.

2. Quo tempore Arcadius adhuc imperabat, Honorio 7 et Theodosio iterum coss. milites Britannici seditione concitata Marcum in regio solio collocant, eique tanquam rerum in iis locis potienti se subiiciunt. eo deinde necato veluti moribus eorum non respondenti, Gratianum in medium producunt, et purpura coronaque ornatum ceu principem solito satellitio comitantur. verum et huic improbato post menses quattuor imperium abrogant et vitam eripiunt, Constantino rerum summa tradita. is ubi Iustinianum et Nevigasten Celticis militibus praefecisset, Britannia relicta transmisit: cumque Bononiam venisset (ea prima mari adiacet, inferioris Germaniae civitas) et in ea dies aliquot fuisset commoratus, omnesque sibi exercitus ad Alpes usque Galliam et Italiam disterminantes conciliasset, imperium tuto iam possidere videbatur. eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Constantinum ablegat. is Iustiniano duci cum copiis suis obviam profe-

τηγῷ μετὰ τῆς δυνάμεως τῆς σὺν αὐτῷ ἀπαντήσας αὐτόν τε ἀναιρεῖ καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν πλείονα μοῖραν· καὶ λείας πολλῆς γενόμενος κύριος, ἐπειδὴ Κωνσταντῖνον αὐτὸν ἔγνω πόλιν καταλαβόντα Βαλεντίαν, ἀρκοῦσαν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, εἰς πολιορκίαν κατέστησε. Νεβιογάστου δὲ τοῦ λειπομένου στρατηγοῦ λόγους τῷ Σάρῳ περὶ φιλίας προσάγοντος ἐδέχετο μὲν ὡς φίλον τὸν a. 408 *ἄνδρα, δοὺς δὲ καὶ λαβὼν ὅρκους ἀναιρεῖ παραχρῆμα, μηδένα τῶν ὅρκων ποιησάμενος λόγον. Κωνσταντίνου δὲ στρατηγὸν καταστήσαντος Ἐδόβιγχον Φράγκον ὄντα τὸ γένος, Γερόντιον δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ὁρμώμενον, δείσας ὁ Σάρος τὴν τῶν στρατηγῶν τούτων περὶ τὰ πολέμια πεῖραν ὁμοῦ καὶ ἀνδρίαν ἀνεχώρησε τῆς Βαλεντίας, ἑπτὰ πολιορκήσας ταύτην ἡμέρας. καταδραμόντων δὲ αὐτὸν τῶν Κωνσταντίνου στρατηγῶν μετὰ μεγίστης δυναστείας, σὺν πολλῷ διεσώθη πόνῳ, τὴν λείαν ἅπασαν δωρησάμενος τοῖς περὶ τὰς Ἄλπεις ἀπαντήσασιν αὐτῷ Βακαύδαις, ὅπως εὐρυχωρίας παρ᾽ αὐτῶν τύχῃ τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν παρόδου. Σάρου τοίνυν οὕτως εἰς τὴν Ἰταλίαν διασωθέντος, συναγαγὼν ὁ Κωνσταντῖνος τὴν δύναμιν ἅπασαν ἔγνω φυλακὰς ἀρκούσας ἐγκαταστῆσαι ταῖς Ἄλπεσιν. ἦσαν δὲ αὗται τρεῖς, αἱ τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπὸ Κελτῶν κἀκεῖθεν ἐπέκεινα [τὰς] ὁδοὺς ἀποκλείουσαι, Κοττίαι Ποινίναι Μαριτίμαι. ταῦτα δὲ δι᾽ αἰτίαν τοιάνδε τῆς εἰρημένης μοι προνοίας ἠξίωσεν.* (3) *ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις, ἕκτον ἤδη* a. 406 *τὴν ὕπατον ἔχοντος ἀρχὴν Ἀρκαδίου καὶ Πρόβου, Βανδῖλοι Συή-*

9 *Ἐδόβιχος* Sozomeno. pro *δὲ* rectius legetur *τε*. *S.* 16 *ἐπὶ*] *περὶ* libri. 20 *Κοττία, Ποινίνα* P. 23 *Σύμβοις* LP: corr *S.*

ctus eum cum maiore exercitus parte interfecit; et ingenti praeda potitus, quod intellexisset Constantinum se recepisse Valentiam, urbem ad defensionem eius satis idoneam, hanc ipsam obsidere instituit. alter dux copiarum[4] Nevigastes, cum Saro de pace colloquens, amice quidem ab eo fuit exceptus, sed ultro citroque praestitis sacramentis confestim occisus, religione iurisiurandi ab Saro violata. cum autem Constantinus Edobinchum, natione Francum, et oriundum e Britannia Gerontium duces his suffecisset, Sarus horum ducum in re militari experientiam et fortitudinem veritus a Valentia discessit, quam septem diebus obsederat. cumque Constantini duces in eum maximis viribus proruissent, multo labore salvus evasit, universa praeda Bacaudis, quae ad Alpes illi occurrerant, concessa, ut ab eis adeundae Italiae facultatem impetraret. cum Sarus hoc modo in Italiam pervenisset incolumis, Constantinus universis collectis copiis Alpes idoneo praesidio munire decrevit. eae tres omnino sunt, quae in Italiam a Celtis atque inde ulterius ducentia claudunt itinera, videlicet Cottiae Poeninae Maritimae. haec uti faceret ea cura quam diximus, causa quaedam erat huiusmodi. (3) superioribus annis, Arcadio 6 et Probo coss., Vandali Suevis et Alanis

a. 407 βοις καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμίξαντες τούτους ὑπερβάντες τοὺς τόπους τοῖς ὑπὲρ Ἄλπεις ἔθνεσιν ἐλυμήναντο, καὶ πολὺν ἐργασάμενοι φόνον ἐπίφοβοι καὶ τοῖς ἐν Βρεττανίαις στρατοπέδοις ἐγένοντο, συνηνάγκασαν δέ, δέει τοῦ μὴ κἀπὶ σφᾶς προελθεῖν, εἰς τὴν τῶν τυράννων ὁρμῆσαι χειροτονίαν, Μάρκου λέγω καὶ Γρατιανοῦ καὶ ἐπὶ τούτοις Κωνσταντίνου· πρὸς ὃν μάχης καρτερᾶς γενομένης ἐνίκων μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων κατασφάξαντες μέρος, τοῖς δὲ φεύγουσιν οὐκ ἐπεξελθόντες (ἢ γὰρ ἂν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν) ἐνέδωκαν αὐτοῖς ἀνακτησαμένοις τὴν ἧτταν καὶ βαρβάρων πλῆθος συναγαγοῦσιν αὖθις ἀξιομάχους γενέσθαι. διὰ ταῦτα τοίνυν τούτοις τοῖς τόποις φύλακας ἐγκατέστησε Κωνσταντῖνος, ὡς ἂν μὴ τὴν εἰς Γαλατίαν ἀνειμένην ἔχοιεν πάροδον. ἐγκατέστησε δὲ καὶ τῷ Ῥήνῳ πᾶσαν ἀσφάλειαν, ἐκ τῶν Ἰουλιανοῦ βασιλέως χρόνων ῥαθυμηθεῖσαν.

a. 408 4. Οὕτω τὰ κατὰ τὴν Γαλατίαν πᾶσαν οἰκονομήσας, Κώνσταντι τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα περιθεὶς ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, καὶ τῶν αὐτόθι πάντων ἐθνῶν ἐγκρατὴς γενέσθαι βουλόμενος, ὥστε καὶ τὴν ἀρχὴν αὐξῆσαι καὶ ἅμα τὴν τῶν Ὀνωρίου συγγενῶν αὐτόθι δυναστείαν ἐκκόψαι· δέος γὰρ αὐτὸν εἰσῄει μή ποτε δύναμιν συναγαγόντες τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν αὐτοὶ μὲν αὐτῷ διαβάντες τὴν Πυρήνην ἐπέλθοιεν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἰταλίας ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος ἐπιπέμψας αὐτῷ τὰ στρατό-

2 ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις R. 3 malim Βρεττανίᾳ. cf. c. 5 Ἰβηρίᾳ. 4 κἀπὶ] libri καί. 21 Τυρρήνην P.

permisti superatis hisce locis nationes transalpinas vastarunt, editaque ingenti caede Britanniarum etiam exercitibus formidabiles exstiterunt. quos quidem eo perpulerunt, ut veriti ne progrederentur ulterius, ad tyrannos eligendos se converterent, Marcum inquam et Gratianum et secundum hos Constantinum. adversus quem acri commisso proelio victoria quidem Romani potiti sunt, maiore barbarorum parte iugulata; sed quod fugientes insecuti non essent (omnes enim ad internecionem usque cecidissent), facultatem eis concesserunt ut resarcita clade quam acceperant, et collecta barbarorum multitudine, rursus hosti pares evaderent. propter has ergo causas praesidiarios in hisce locis Constantinus collocavit, ne isti liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque praesidio munivit idoneo, quod a Iuliani principis temporibus neglectum fuerat.

4. Hoc modo rebus in universa Gallia constitutis, Constantem, filiorum natu maximum, habitu Caesaris ornatum in Hispaniam ablegat. nam et istic universas in potestatem redigere nationes cupiebat, tum ut imperii limites prolataret, tum etiam ut Honorii propinquorum potentiam in iis locis exscinderet. metuebat enim ne quando coactis militum in ea regione copiis ipsi monte Pyrene superato se adorirentur, et imperator Honorius, ex Italia mis-

πεδα τῆς τυραννίδος, κύκλῳ πανταχόθεν περιλαβών, παραλύσειεν. ἐπὶ τούτοις ὁ Κώνστας εἰς τὴν Ἰβηρίαν διέβη, στρατηγὸν μὲν Τερέντιον ἔχων, Ἀπολλινάριον δὲ τῆς αὐλῆς ὕπαρχον. τῶν δὲ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἄρχοντάς τε πολιτικοὺς ἅμα καὶ στρατιωτικοὺς καταστήσας, ἄγει διὰ τούτων ἐπ' ἐκείνους οἳ γένει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προσήκοντες τὰ τῆς Ἰβηρίας συνεταράττοντο πράγματα, πρότερον μὲν πρὸς αὐτὸν Κώνσταντα διὰ τῶν ἐν τῇ Λυσιτανίᾳ στρατοπέδων ἀράμενοι πόλεμον, ἐπεὶ δὲ πλεονεκτεῖσθαι συνῄσθοντο, πλῆθος οἰκετῶν καὶ γεωργῶν ἐπιστρατεύσαντες καὶ παρὰ βραχὺ καταστήσαντες αὐτὸν εἰς μέγιστον κίνδυνον. ἀλλὰ κἀνταῦθα τῆς ἐλπίδος διαμαρτόντες Κώσταντι σὺν ταῖς σφῶν γυναιξὶν ἦσαν ἐν φυλακῇ· ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τούτων ἀδελφοὶ Θεοδόσιός τε καὶ Λαγώδιος, ὁ μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν διέφυγεν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἑῴαν διασωθεὶς ἀνεχώρησε.

5. Ταῦτα κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ὁ Κώνστας διαπραξάμενος ἐπανῆλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον, ἐπαγόμενος Βερηνιανὸν καὶ Διδύμιον, καταλιπών τε αὐτόθι τὸν στρατηγὸν Γερόντιον, ἅμα τοῖς ἀπὸ Γαλατίας στρατιώταις, φύλακα τῆς ἀπὸ Κελτῶν ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν παρόδου, καίτοι γε τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ στρατοπέδων ἐμπιστευθῆναι κατὰ τὸ σύνηθες τὴν φυλακὴν αἰτησάντων, καὶ μὴ ξένοις ἐπιτραπῆναι τὴν τῆς χώρας ἀσφάλειαν. Βερηνιανὸς μὲν οὖν καὶ Διδύμιος ὡς Κωνσταντῖνον ἀχθέντες ἀνῃρέθησαν παραχρῆμα, Κώνστας δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς

8 an Γερόντιον? cf. c. 5. 5 ἐπ' om LP. 6 forsan divise legendum συνετάραττον τότε. S. 12 Sozomeno Θεοδοσίωλος. 17 δὲ P. 19 Ἰβηρίαις P.

sis exercitibus undique circumdato sibi tyrannidem abrogaret. itaque Constans in Hispaniam transiit, cum ducem Terentium et Apollinarem praefectum praetorii haberet, ac palatinis etiam ordinibus magistratus tam civiles quam militares dedisset. atque his ductoribus copias in eos movet, qui generis affinitate Theodosium principem contingentes Hispanas res conturbabant. illi, primo per Lusitanicos exercitus suscepto adversus Constantem bello, cum ab illo se vinci viderent, cum servorum et agricolarum multitudine hostem aggressi parum abfuit quin eum in gravissimum discrimen adducerent. sed hic quoque spe sua frustrati a Constante cum uxoribus in custodiam dati sunt. qua re fratribus eorum Theodosio Lagodioque nuntiata, in Italiam profugit alter, alter in Orientem salvus evasit.

5. His rebus Constans in Hispania gestis ad patrem Constantinum reversus est, adducto secum Vereniano et Didymio, relictoque istic duce Gerontio, qui cum Gallicis militibus iter illud quod e Celtis in Hispaniam ducit custodiret, quanquam exercitus Hispanici hanc custodiam sibi pro more credi, nec regionis tutelam extraneis committi, petiissent. ceterum Verenianus et Didymius ad Constantinum perducti mox interfecti sunt. inde rur-

τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπεται, Ἰοῦστον ἐπαγόμενος στρατηγόν. ἐφ' ᾧ Γερόντιος ἀχθόμενος, καὶ τοὺς αὐτόθι περιποιησάμενος στρατιώτας, ἐπανίστησι Κωνσταντίνῳ τοὺς ἐν Κελτοῖς βαρβάρους. πρὸς οὓς οὐκ ἀντισχὼν ὁ Κωνσταντῖνος ἅτε δὴ τοῦ πλείονος τῆς δυνάμεως μέρους ὄντος ἐν Ἰβηρίᾳ, πάντα κατ' ἐξουσίαν ἐπιόντες οἱ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βάρβαροι κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τούς τε τὴν Βρεττανικὴν νῆσον οἰκοῦντας καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἔνια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι καὶ καθ' ἑαυτὸν βιοτεύειν, οὐκέτι τοῖς τούτων ὑπακούοντα νόμοις. οἵ τε οὖν ἐκ τῆς Βρεττανίας ὅπλα ἐνδύντες καὶ σφῶν αὐτῶν προκινδυνεύσαντες ἠλευθέρωσαν τῶν ἐπικειμένων βαρβάρων τὰς πόλεις, καὶ ὁ Ἀρμόριχος ἅπας καὶ ἕτεραι Γαλατῶν ἐπαρχίαι, Βρεττανοὺς μιμησάμεναι, κατὰ τὸν ἴσον σφᾶς ἠλευθέρωσαν τρόπον, ἐκβάλλουσαι μὲν τοὺς Ῥωμαίους ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ κατ' ἐξουσίαν πολίτευμα καθιστᾶσαι.

6. Καὶ ἡ μὲν Βρεττανίας καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἀπόστασις, καθ' ὃν ἐτυράννει χρόνον ὁ Κωνσταντῖνος, ἐγένετο, τῶν βαρβάρων ἐπαναβάντων τῇ ἐκείνου περὶ τὴν ἀρχὴν ἐκμελείᾳ· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ἀλάριχος οὐ τυχὼν ἐφ' οἷς ᾔτει τῆς εἰρήνης,
a. 409 οὐδὲ ὁμήρους λαβών, αὖθις ἐπῄει τῇ Ῥώμῃ, κατὰ κράτος αἱρεῖν αὐτὴν ἀπειλῶν, εἰ μὴ συμφρονήσαντες αὐτῷ κατὰ τοῦ βασιλέως Ὁνωρίου χωρήσαιεν. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν αἴτησιν ὤκνουν, τὴν μὲν πόλιν ἐπολιόρκει, τὸν δὲ λιμένα καταλαβὼν καὶ ἡμέρας τινὰς ἐγκαρτερήσας τῇ τούτου πολιορκίᾳ τελευτῶν κύριος τούτου κατέ-

8 convenientius καθ' ἑαυτὰ vel καθ' ἑαυτούς. S. 9 ὑπακούοντα S: libri ἐπακούοντα. 12 μιμησάμενοι P. 14 καθίστασθαι LP.

sus in Hispaniam Constans a patre mittitur, ac Iustum ducem secum adducit. quare offensus Gerontius, conciliatis sibi eorum locorum militibus, barbaros in regione Celtarum adversus Constantinum ad defectionem impellit. quibus cum Constantinus non restitisset, quod maior copiarum ipsius pars esset in Hispania, cuncta pro lubitu invadentes transrhenani barbari eo tum incolas insulae Britanniae tum quasdam Celticas nationes redegerunt, ut ab imperio Romano deficerent et Romanorum legibus non amplius obedientes arbitratu suo viverent. itaque Britanni, sumptis armis et quovis adito pro salute sua discrimine, civitates suas a barbaris imminentibus liberarunt. itidem totus ille tractus Armorichus ceteraeque Gallorum provinciae, Britannos imitatae, consimili se modo liberarunt, eiectis magistratibus Romanis et sua quadam re publica pro arbitrio constituta.

6. Haec Britanniae Celticarumque gentium defectio, quo tempore Constantinus iste regnum usurpabat, accidit, cum ipsius in imperio secordia moti barbari hasce grassationes instituissent. in Italia vero Alarichus, pace condicionibus iis quas proposuerat non impetrata, nec obsidibus acceptis, Romam rursus invadit, minatus eam se per vim expugnaturum, nisi cives Romani coniunctis secum animis adversus Honorium Augustum expeditionem suscepissent. illis ad hoc postulatum cunctantibus urbem obsidet, et ad portum profectus, aliquot diebus in eius expugnatione consumptis, tandem eo

στη. πᾶσαν δὲ αὐτόθι τὴν τῆς πόλεως τροφὴν ἀποκειμένην εὑρὼν δαπανήσειν αὐτὴν ἠπείλει περὶ τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον, εἰ μὴ θᾶττον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ προτεινόμενα πράξαιεν. συνελθοῦσα τοίνυν ἡ γερουσία πᾶσα καὶ περὶ τοῦ πρακτέου βουλευσαμένη πᾶσιν ἐνέδωκεν οἷς Ἀλάριχος ἐκέλευσεν· οὐδὲ γὰρ ἦν ἀποφυγὴ θανάτου μηδεμιᾶς τροφῆς διὰ τοῦ λιμένος τῇ πόλει χορηγουμένης. (7) κατὰ ταῦτα δεξάμενοι τὴν Ἀλαρίχου πρεσβείαν ἐκάλουν αὐτὸν πρὸ τῆς πόλεως· καὶ κατὰ τὸ κελευόμενον Ἄτταλον, ὄντα ὕπαρχον τῆς πόλεως, εἰς τὸν βασίλειον ἀναβιβάζουσι θρόνον, ἁλουργίδα καὶ στέφανον περιθέντες. ὁ δὲ παραχρῆμα Λαμπάδιον μὲν τῆς αὐλῆς ἀναδείκνυσιν ὕπαρχον, Μαρκιανὸν δὲ τῆς πόλεως ἔταξεν ἄρχειν· τὰς δὲ τῶν δυνάμεων στρατηγίας αὐτῷ τε Ἀλαρίχῳ καὶ Οὐάλεντι παραδέδωκεν (οὗτος δὲ ἦν ὁ πρότερον τῶν κατὰ Δαλματίαν ταγμάτων ἡγούμενος), καὶ τοῖς ἄλλοις ἑξῆς τὰς ἀρχὰς ἐνεχείρισεν. ἀναζεύξας δὲ μετὰ τῆς βασιλικῆς δορυφορίας ἐχώρει πρὸς τὰ βασίλεια, πολλῶν αὐτῷ γινομένων οὐκ ἐπιτηδείων συμβόλων. τῇ δὲ ἑξῆς παρελθὼν εἰς τὴν γερουσίαν λόγον ἀλαζονείας γέμοντα διεξῄει, τήν τε γῆν ἅπασαν Ῥωμαίοις περιποιήσειν μεγαλαυχούμενος καὶ ἄλλα τούτων ὑπέρτερα, ἐφ᾽ οἷς ἴσως νεμεσήσειν αὐτῷ τὸ θεῖον ἔμελλε καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ καθαιρήσειν.

Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ῥώμην ἦσαν ἐν εὐφροσύνῃ πολλῇ, τῶν τε ἄλλων ἀρχόντων οἰκονομῆσαι καλῶς ἐπισταμένων τετυχηκότες καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Τερτύλλου ὑπάτῳ τιμῇ σφόδρα εὐφραινόμενοι. μόνον δὲ τὸν τῶν λεγομένων Ἀνικίων οἶκον ἐλύπει τὰ κοινῇ

13 οὗτος] vid. lib. 5 c. 48 et Olympiodor. ap. Phot. p. 181. *R.*
18 τε *S:* libri γε. 23 ὑπάτῳ *S:* libri ὑπάτου.

potitus est. ubi cum omnem urbis annonam reconditam invenisset, eam se minatus est in exercitum suum expensurum, ni celeriter iis Romani quae proponebat satisfecissent. itaque senatus universus convenit, et instituta deliberatione quid potissimum agendum esset, tandem omnibus assensus est quae Alarichus imperaverat. nec enim mortis ullum erat effugium, posteaquam urbi nulla e portu annona suppeditabatur. (7) secundum haec exceptis Alarichi legatis ad urbem eum arcessunt, ac veluti iussi fuerant, Attalum, praefectum urbis, sublimem in augusto solio, purpura coronaque cinctum collocant. is extemplo Lampadium praefectum praetorii declarat, et Marcianum praefectum urbis constituit. militares praefecturas tum ipsi Alaricho tum Valenti tradit. et Valens is erat qui Dalmaticis antea legionibus praefuerat. itidem aliis alias ordine potestates tribuit. hinc regio cum satellitio pergit ad palatium, cum omina multa parum fausta se offerrent. postridie senatum ingressus orationem singularis arrogantiae plenam habuit, qua se Romanis universum orbem terrarum acquisiturum, et his etiam alia maiora magnifice iactitat; propter quae numen ei forte succensurum erat, hominemque non multo post eversurum.

Romani magna exsultare laetitia, qui et alios magistratus rei publicae recte gerendae peritos nacti fuissent, et insignem ex Tertulli consulis honore voluptatem caperent. solam illorum familiam qui Anicii dicuntur, quae

τῷ βασιλεῖ, τὸν δὲ Ἄτταλον ταῖς πάντων ὄψεσιν ἰδιώτην ἀπέδειξε, κατασχὼν παρ' ἑαυτῷ μετὰ τοῦ παιδὸς Ἀμπελίου, μέχρις ἂν πρὸς Ὁνώριον εἰρήνης γενομένης ἀσφάλειαν αὐτοῖς τοῦ βίου περιποιήσειεν. ἔμεινε δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ Πλακιδία παρ' αὐτῷ, ὁμήρου μὲν τρόπον τινὰ τάξιν ἐπέχουσα, πάσης δὲ ἀπολαύουσα τιμῆς καὶ βασιλικῆς θεραπείας.

13. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τούτοις ἦν· Κωνσταντῖνος δὲ τῷ παιδὶ Κώνστᾳ τὸ διάδημα περιθεὶς καὶ ἀντὶ τοῦ Καίσαρος βασιλέα πεποιηκώς, Ἀπολλινάριον παραλύσας τῆς ἀρχῆς ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ὕπαρχον ἀπέδειξεν. Ἀλαρίχου δὲ ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ὡρμηκότος ὡς δὴ βεβαίως αὐτῷ πρὸς Ὁνώριον ἐσομένης εἰρήνης, ἕτερόν τι παρ' ἐλπίδα ἐμπόδιον εὗρεν ἡ τύχη, πρὸς τὰ συμβησόμενα τοῖς τῆς πολιτείας πράγμασιν ὁδῷ προϊοῦσα. Σάρου μετὰ βαρβάρων εὐαριθμήτων ἐν τῷ Πικήνῳ διατρίβοντος καὶ μήτε Ὁνωρίῳ τῷ βασιλεῖ μήτε Ἀλαρίχῳ προσθεμένου, δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν Ἀτάουλφος ἔκ τινος προλαβούσης ἀλλοτριότητος ἐπέρχεται πανστρατιᾷ τοῖς τόποις ἐν οἷς τὸν Σάρον συνέβαινεν εἶναι. ταύτης αἰσθόμενος τῆς ἐφόδου, πρὸς μάχην τε ἀρκέσειν οὐκ οἰηθεὶς μόνων αὐτῷ τριακοσίων συνόντων ἀνδρῶν, ἔγνω δραμεῖν πρὸς Ὁνώριον καὶ κοινωνῆσαι τοῦ πρὸς Ἀλάριχον πολέμου.

8 *Κωνστᾶ* P, sine iota subscripto, lineola superimposita; quae fortasse partim proprii partim abbreviati nominis est index. cum enim supra fere semper huic nomini perittosyllabam flexionem tribuerit, fortassis etiam hic *Κώνσταντι* scripsit. alioqui Dorica hic esset flexio pro communi. *S.* fortasse *Κώνσταντι διάδημα.* 13 *συμβαινόμενα* vulgo.

Honorium principem missis, Attalum in omnium oculis ad privatam vitae condicionem redegit, apud se tamen cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio constituta vitae incolumitatem eis impetrasset. Placidia quoque, soror imperatoris, cum Alaricho erat, vicem illa quidem obsidis modo quodam implens, ita tamen ut omni honore cultuque regio frueretur.

13. Ac Italicarum sane rerum haec id temporis erat condicio. Constantinus autem cum diademate Constantem filium cinxisset proque Caesare dixisset Augustum, Apollinari abrogata potestate, alterum eius loco praefectum praetorii designavit. interim Alaricho cum copiis Ravennam profecto, veluti qui firmam certamque cum Honorio pacem facturus esset, aliud quoddam fortuna repperit impedimentum ad ea quae status publici rebus essent eventura, via quasi quadam progrediens. quippe dum Sarus, nec imperatoris Honorii nec Alarichi se partibus adiungens, cum exiguis barbarorum copiis in Piceno commoratur, Ataulphus, qui esset infesto in eum animo propter quasdam obortas ante hoc tempus inimicitias, ad ea loca cum copiis universis accedit quibus in locis tum forte Sarus erat. illum adventantem cum Sarus animadverteret, non satis ad committendam pugnam instructum se ratus, qui homines secum trecentos duntaxat haberet, ad Honorium profugere statuit et cum eo belli adversus Alarichum societatem coire.

I. F. REITEMEIERI

COMMENTARIUS HISTORICUS

CUM C. G. HEYNII ANNOTATIONIBUS.

I. F. REITEMEIERI

COMMENTARIUS HISTORICUS

CUM C. G. HEYNII ANNOTATIONIBUS.

INTRODUCTIO (lib. 1 c. 1—5).

Exordium historiae suae, paulo altius pro instituti ratione repetitum, si quidem potentiae, qua Romani pollebant, non originem sed occasum explicaturus erat, Zosimus capit ab exponenda principatus inter gentes priores, Persas Graecos et Macedones, vicissitudine, antequam summa rerum ab alia ex alia gente ad Romanos perlata esset. quae quidem res quamvis in Polybii, cuius ex imitatione manifeste sunt adumbratae, magis quam in hanc historiam cadere videantur, possunt tamen brevitate et gravitate se commendare sua.

p. 7 v. 4. *ἑξακοσίοις ἔτεσι.* quoniam medium inter urbem conditam et Cannensem cladem spatium, ex computo Polybii, 534 annorum numerum explet, Casaubono (ad Polyb. 1 c. 1) emendari *πεντακοσίοις* placebat. qua tamen emendatione, cum quingenti anni non magis quam sexcenti numero Polybii respondeant, facile carebimus; neque voluit Zosimus numerum aliter, ut videtur, quam rotunde ponere.

ib. v. 9. *οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα.* sumpta sunt haec ex Polybio, qui initio belli Punici secundi et parta de Perseo Macedonum rege victoria tanquam terminis inclusit illud tempus (*χρόνον πεντηκονταεκαιτριετῆ* Polyb. 3 4), quo Romani summa rerum inter gentes potiti sunt. Polyb. 1 1: *τίς γὰρ οὕτως ὑπάρχει φαῦλος ἢ ῥάθυμος ἀνθρώπων, ὃς οὐκ ἂν βούλοιτο γνῶναι πῶς καὶ τίνι γένει πολιτείας κρατηθέντα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην οὐχ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ὑπὸ*

μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων; itaque non aberrare Zosimus a mente Polybii videtur, sive veram eam dixerit populorum servitutem, sive, quemadmodum Casaubonus interpretatur, impropriam.

II. IMPERATORES AUGUSTUM EXCIPIENTES USQUE AD CLAUDIUM II (l. 1 c. 5—41).

Quae in his capitibus breviter et ad rem accommodate tradita sunt, Zosimo maxime suppeditarunt Dexippi cum Synopsis historiae, Claudii regno finita, tum Scythica, quae Syncello quoque usui fuerunt. errores qui hac in parte occurrunt, et obscuritas quae nonnulla loca obsidet, vel sola Herodiani, optimi horum temporum scriptoris, historia tolli potest.

p. 12 v. 12. pantomimi oblectamentum, quod versos hominum ad libidinem animos molles reddidit et effeminatos (cf. Zosim. 4 33, 5 7), hactenus recte potest horum temporum haberi inventum, quod Pylades et Bathyllus saltationem diversum a comoedia atque tragoedia adeoque proprium aliquod dramatis genus constituerunt. cf. Salmasius ad Vopisci Carinum c. 19. *R.* ex bono auctore habet Zosimus, quod *pantomimorum* studia commemorat inter praecipuas corrumpendorum morum caussas. non enim mollium modo hominum contubernium cum senatoribus et principibus viris (v. Lips. ad Tac. Ann. 1 77) ortaeque inde factiones et seditiones, verum multo magis ipsa pantomimorum argumenta flagitiosa et turpia (v. Lucian. de Saltat.) omne corruptelae genus inferre debuere. *H.*

p. 12 v. 17. memoratu dignum et illud est, quod *Athenodori* Stoici consiliis Augustus ad moderatum imperii usum revocatus esse traditur. v. hac de re notam Fabric. ad Dion. 52 36 p. 689. *H.*

p. 14 v. 15. perperam traditur Iuliano iam interempto senatus de imperio Severo tradendo deliberasse. aderat enim Severus cum exercitu ex Illyrico ad urbem. cf. Herodian. 2 40 sqq. *H.*

ib. Severi vitam multi inter veteres scripserunt. de eo inprimis cf. Herodian. 2 9—4 2, de Commdo idem 1 17, et de Didio Iuliano 2 6—12.

p. 15 v. 7. *Severus omnem Arabiam subegisse* si non indocte, certe parum caute narratur a Zosimo; peccavit eodem modo Herodianus 3 28. nam accipienda haec erant de Arabia inter Euphratem et Tigrim sita, in qua urbs Atra frustra a Severo oppugnata. v. Dio 75 10. cf. Fabric. p. 1264 et 1144. Arabes ultra Euphratem loca iam olim insederant. Strabo quoque καὶ τὰ — τῆς πέραν τοῦ Εὐφράτου πολλῆς, ἣν Ἄραβες κατέχουσι. 16 pr. item p. 1084 A. cf. 1093 B. *H.*

p. 15 v. 13. Papinianus, testante Dione, post Getam necatus est, de quo imperatore et Antonino cf. Herodian. 3 10—4 13.

p. 16 v. 2. Dione teste, interfector, cui Martialis nomen erat, caede perpetrata turbae immixtus, cruento gladio agnitus poenam meritam luit; Herodiano auctore, fuga evadere frustra conatus a persequentibus caesus est.

ib. v. 3. in Oriente a militibus, non Romae ex senatus sententia, imperio Macrinus admotus est; quoniam postmodum militum suffragiis etiam auctoritas senatus accesserat, id fraudi fortasse Zosimo fuit, ut locum perperam designaret. de Macrino vid. Herodian. 4 12—5 4.

ib. v. 4. eum, Elagabalum vulgo dictum, non eodem anno quo Macrinum, summae rerum milites praefecerunt, sed posteaquam severae disciplinae impatientes, alienatis ab eo animis, Macrinum e medio sustulerant.

ib. v. 13. Ἀντωνίνου. id nomen est Elagabali ad dignitatem imperatoriam evecti, de quo vid. Herodian. 5 3—8 et de eius successore Alexandro cf. idem 5 7—6 9.

ib. v. 15. μάγοις τε καὶ ἀγύρταις ἐσχολακώς. non de novis sacris, sed proprie haec esse accipienda docet Lamprid. c. 8: *omne denique magorum genus aderat illi operabaturque quotidie.* cf. eadem verba de Caracalla Herodian. 4 22. *H.*

p. 17 v. 7. de Ulpiano quae scimus, sunt fere omnia Zosimi et Lampridii; Herodianus etsi aequalis nullam eius mentionem fecit. *Paullum et Ulpianum in magno honore habuit, quos praefectos ab Elagabalo dicunt factos, alii ab ipso* (Alexandro). Ael. Lampridius in vita Alexandri c. 25.

ib. v. 16. Uranii cuiusdam, qui affectato Edessae in Osrhoëne imperio, ab Alexandro oppressus fuit, apud Syncellum ad a. 211 mentio iniecta est.

ib. v. 17. de *Alexandro Severo* pro studio aut odio in eum admodum diversa et inter se repugnantia narrari satis constat. cf. Lamprid. c. 62 63. forte illa τῷ τε σώματι καὶ κατὰ φύσιν λογισμοῖς ἀλλοιότερος ἦν etc. ducta sunt ex aliquo Maximini amatorum, quos ille narrat in invidiam Alexandri commenticia iactantes, quasi Alexander curis occultis et anxietate animi vultum coloremque totiusque corporis habitum mutaverit, ut pallore et macie insignis esset. alium sensum non video. avaritiae morbus matrem, non Alexandrum vexabat, ap. Herodian. 6 4, cui potior in Alexandri rebus fides, et e quo omnino res eius, nimis negligenter a Zosimo narratae, cognoscendae sunt. *H.*

ib. v. 20. quae in Alexandrum ab Zosimo congeritur avaritiae criminatio, quamvis apud alios non ipsius imperatoris, sed matris Mammaeae ea sit reprehensio, a Iuliano quoque (in Caesar.) in eum effunditur, neo ipse Herodianus diffitetur, im-

peratorem ex matris avaritia invidiam apud milites sibi conflasse.

p. 18 v. 11. de Alexandri morte cf. Herodian. 6 9.

p. 19 v. 4. quae ad Gordianorum historiam spectant, quandoquidem a Zosimo parum curate exposita sunt, lege sis melius exposita ab Herodiano 7 5 et Iul. Capitolino Vit. Gordiani c. 7. Gordianum senem, Africae proconsulem, invitum ad imperium raptum, re Romam nuntiata, senatus Maximini tyrannidem iamdudum exosus cum filio imperatorem dixit.

p. 20 v. 4. maior est auctoritas penes Herodianum et Capitolinum, qui non fluctibus maris Gordianum filium, sed proelio, quod in Africa commissum fuit, periisse, patrem autem audita filii morte, desperatis rebus, laqueo vitam finiisse tradunt. Salmasius (ad Capitolinum p. 189) errorem Zosimi ortum ex eo putat quod, Capitolino teste, Gordiani copiae, antequam concursum sit, tempestatis vi dissipatae fuerint; et Spanhemius, ut Zosimum cum ceteris conciliet, varia lectione, quam Boivinus in codice Parisiensi invenit, exhibente πειν (non πιεῖν, ut Spanhemius scripsit) in subsidium vocata et pro solito scribarum compendio accepta, emendat πολεμεῖν, adeo ut Gordianus tempestate pugnae (nam ea esset βία χειμῶνος, dictione poetica) oppressus dicatur. *R.* τῶν δὲ βίᾳ χειμῶνος ἀπολομένων. de pugna accipi haec possunt nullo modo: poetica illa et a nostri scriptoris consuetudine prorsus aliena. inciderat Zosimus in scriptores, qui Gordianos in traiectu ex Africa periisse traderent; et fuisse eam famam discimus e Zonara Ann. 12 p. 622 D ed. Par. *H.*

Quot Gordiani fuerint, res fuit inter viros doctos controversa, aliis tres, aliis quattuor fuisse contendentibus. scripta in eam rem vulgata sunt: *Histoire des quatre Gordiens prouvée et illustrée par les médailles* Paris 1695, 8; cuius libelli auctor etiam scribere iubet in hoc loco Zosimi Γορδιανοῦ pro Γορδιανῷ vel τοῦ pro τῶν, ut suae scilicet hypothesi subserviat. *Historia trium Gordianorum*, Daventriae 1697, a cuius auctore (*Gisb. Cupero*) emendatio illa improbatur. *Lettre touchant l'histoire des quatre Gordiens, prouvée par les médailles* (par Mr. *Galland*) Par. 1696. tandem *pro quattuor Gordianorum historia vindiciae* (auct. *Du Bos*) Paris. 1700, 8.

ib. v. 5. Capitolin. Vit. Gordian. c. 2: *Gordianus tertius natus est, ut plures afferunt, ex filia Gordiani, ut unus aut duo (nam amplius invenire non potui) ex filio, qui in Africa periit.*

ib. v. 10. Zosimus Gordianum Balbino et Maximino vivis imperium tenuisse narrat; at credendum est aliis, quibuscum fides potior et ratio stat; Gordiano tum demum commissum fuit imperium, cum praetoriani milites, constitutos a senatu imperatores aversati, Maximum et Balbinum trucidassent.

p. 20 v. 14. auctore Capitolino (vita Gord. c. 23) Sabinianus (nam ita rectius ab eo vocatur) *per praesidem Mauritaniae oppressus est*, sed addente eodem Capitolino, *ita ut ad eum tradendum Carthaginem omnes venirent, et crimen confitentes et veniam sceleribus postulantes*. quoniam ipsi Carthaginienses fuerunt ii qui rebellarant, non recte rebelles, observante Tillemontio, *Carthaginem venisse* dixeris. tolletur vero iste inter Capitolinum et Zosimum dissensus, modo pro *Carthaginem* rescribatur in illo loco *Carthagine*.

ib. v. 18. *Τιμησικλέους*. Iul. Capitolinus (Gordian. c. 23) *Misitheum* eum vocat, virum doctrina insignem.

p. 21 v. 5. *Ἀντιόχου*, qui etiam Seleucus Callinicus vocatur. adde Bernegg. in Iustin. 41 4 3. *Cellar*.

ib. de *Parthici regni initiis* meliores auctores inspiciendi erant. perperam e Cellario ad Syncelli fidem adscriptum est, Antiochum et Seleucum Callinicum esse unum eundemque. ultum ivit iniuriam fratri illatam Arsaces sub Antiocho 2, qui Theos dictus, et regni fundamenta iecit sub a. 248 ante C. n., frustra posthaec (annis 238 236) armis tentatus a Seleuco Callinico, qui Antiocho successerat. inspici potest vel opus Guthrianum vol. 2 et 3. *H*.

ib. v. 12. fraude Philippi Timesiclem circumventum periisse plerosque tradere auctor est Iul. Capitolinus Gord. c. 28.

p. 22 v. 4. de morte Gordiani vid. Iul. Capitolin. in vita Gord. c. 29—30. cum Herodiani historia in primis regni Gordiani annis finem habeat, ea quae deinceps ante Constantini tempora gesta sunt, ex Zosimo maxime et scriptoribus historiae Augustae petenda sunt.

ib. v. 15. non tentanda erat vox *ἤδη* [*ἔθνη* malebat Reitemeierus.] *Carpi iam tum* vicina Istri loca populari coepere; mox effusi in fines Romanorum vastationes fecere maximas. barbari hi, qui Carpathios montes insedisse videntur, inter Sarmaticos populos commemorantur primum, si bene memini, a Petro Patricio in Exc. Legat., Alexandri Severi tempore, stipendia postulantes a Romanis, sed repressi a Menophilo duce Moesiae; quo mortuo Moesiam diripuere, eversa civitate Istrica. Iul. Capit. in Max. et Balb. c. 16. eos *nunc* aggressus Philippus fudit. mox alia cum iis gesta bella sub Decio, sub Claudio, sub Aureliano, qui et Carpicus a senatu dictus. Vopisc. c. 30. tandem sub a. 295 a Diocletiano, deditione facta, in Moesiam secundam traducti agros accepere. *H*.

p. 23 v. 18. Zonara 12 20 auctore Decius a Philippo coactus est ad praefecturam suscipiendam stricto gladio. num haec est Thessalica persuasio? Cicero ad Atticum 9 13 ea voce utitur ad persuasionem, quae cum necessitate coniuncta est, designandam.

p. 23 v. 18. nulla alia haec est persuasio quam quae *cum minis* fit. occurrit quoque in Suida in πειθανάγκη, sed nulla interpretatione addita; et in Eunapio, in Chrysanthio p. 190 Commel.: οἱ πεμφθέντες στρατιῶται μετὰ τιμῆς τὴν Θετταλικὴν ἐπῆγον πειθανάγκην. *H.*

p. 24 v. 14. variante syntaxi, filium quoque trucidatum esse dicit, nempe non ad Veronam proelio, uti pater, sed Romae, post acceptum de patris clade nuntium, apud castra Praetoria, quod Aurelius Victor notavit atque Eutropius. *Cellar.*

ib. auctoribus Aurelio Victore et Zonara filium fecerat Philippus imperii consortem.

p. 25 v. 1—15. commissum fuit proelium cum Scythis ad forum Trebonii; videtur itaque nomen Tanais, etsi constanter in hoc capite a Zosimo ponatur, pro Danubio, qui incurrentibus Thraciam transeundus erat, errore aliquo scriptus esse; quae etiam sententia Gibbonii est (*History of the Rom. Empire* t. 1 c. 7 not. 44). cf. Georgius Syncellus, qui Dexippi verba refert p. 299 B ed. Venet.

Scythae, quorum ad Istrum sedes fuit (3 2, 4 20), sunt *Gothi;* iidem a Zosimo aliis locis his nominibus declarantur, *Gothi, Borani, Urugundi,* et *Carpi* (1 27, 1 31), *Prothingi* (4 38). nec minus Zosimo Bastarnae sunt Σκυθικὸν ἔθνος (1 71), *Taiphali* (2 31, 4 25).' ipse tamen Zosimus veras gentium origines parum recte tenuisse videtur, quandoquidem 1 24 *Gothos* cum *Herulis* et *Peucinis* a Scythis diversos perhibet. Scythae sive Gothi (Getae nusquam a Zosimo vocantur) apud eum distincti sunt in ἔθνη et γένη. ii qui in numero τῶν ἐθνῶν ponuntur, sunt quos iam diximus, *Bastarnae* (1 71), *Prothingi* (4 38) et *Scythae quidam* (4 7). in censum eorum qui γένη constituunt, referuntur *Scythae regii,* quorum plures principes fuisse videntur: nam Athanarichus omni imperasse Scytharum regiorum nationi dicitur (4 34. cf. 4 20 et 4 7); porro *Taiphali* (2 31), *Borani, Carpi, Gothi, Urugundi* (1 31).

ib. v. 15. de morte Decii variant auctores. cum Zosimo conspirat Ammianus 31 13.

ib. v. 21. accipiebant Gothi, iam antea Romanis foederati, annua munera, quae cum iusto tempore non solverentur, Moesiam Philippo regnante vastare coeperunt. cf. Iornandes de reb. Get. c. 16.

p. 26 v. 9. Hostilianum, qui cum Gallo Augustus creatus erat, peste periisse scribit Aurel. Vict. Caes. 30 et Epit. 30.

ib. v. 17. de ea peste cf. Eutrop. 9 5 et Iornandes 19.

p. 28 v. 14. cum Zosimo, praeter Aurelium Vict. Caes. 31 causam mortis morbo tribuentem, reliqui omnes conspirant.

ib. v. 17. *iure meritorum et quasi ex totius orbis una sen-*

tentia, ait Trebell. Pollio in Valerian. 1. mox *Scythae* sunt Gothi et Carpi.

p. 29 v. 1. eadem fere Syncellus tradit p. 303 D ed. Ven. et Zonaras Ann. 12 23.

ib. v. 7. primum a senatu Gallienus Caesar (Victor uterque 23), postea Augustus (Eutrop. 9 6) dictus est.

ib. v. 21. foedus matrimonio confirmatum fuit; nam Gallienus duxit barbari illius regis filiam. v. Victor uterque et Trebell. Pollio in Gallieno. *Cellar.*

p. 30 v. 20. Pityus oppidum opulentissimum in intimo tractu littoris Pontici post Colchidem. Plin. 6 5. vere ergo Strabo lib. 2 vocat τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν. *Cellar.*

p. 33 v. 4. Ἀγχίαλον. huius urbis a barbaris oppugnatae Iornandes quoque (de reb. Get. 20) mentionem iniecit.

ib. v. 18. tradentibus Philostorgio et Treb. Pollione (in Gallien. 4) barbari, incursione facta, non in Bithyniam modo sed in Cappadociam quoque effusi praedati sunt. add. Syncell. p. 304 B.

p. 34 v. 18. de Syriae et Asiae vastatione ex Persarum incursatione nimis parce agit Zosimus. *Antiochia* tum capta: controversia tamen est de anno, sitne capta a. 258 ante Valeriani expeditionem, an post eius captivitatem, quo Ammianus 22 5 revocare videtur, qui Gallieni temporibus evenisse ait. sequitur hoc *Gibbon* V. C. parum tamen probabile est post cladem illam Valeriani tam secure egisse Antiochenos, ut ludis scenicis assidentes opprimerentur a Persis; nec Ammianus de capta tantum Antiochia narrat, sed omnino Persarum vastationes una cum reditu ad sua; tum ille obiter rem modo attigit. at in nostro Zosimo locus est huc advocandus, inf. 3 32, ubi Antiochiae calamitas diserte ante Valeriani profectionem memoratur. Eunapii locus est in Aedesio p. 50 l. 19, qui eandem urbis cladem respicit, eamque et ipse ad Valeriani tempora revocat, si accuratius expendas. narratur ibi Eustathius philosophus legatus ad Saporem missus. *H.*

p. 35 v. 1. discrepant Treb. Pollio et alii, qui Valerianum tradunt *ductu cuiusdam sui ducis captum esse;* in eo tamen conspirant omnes, quod imperator hostibus in manum venit fraude circumventus.

p. 36 v. 3. *Cecrops* hic idem esse videtur qui *Cecropius* apud Trebell. in Gallieno 14, dux Dalmatarum, idem inter interfectores Gallieni. de eo mox 1 40 noster loqui videtur. *Antoninum* vero alibi memoratum non memini. *H.*

ib. v. 4. iusto brevius et obscure historiam Aurioli Zosimus exposuit. secundum Trebellium Pollionem (Trig. Tyr. c. 11) Gallienus expugnare Auriolum frustra annisus pacem cum eo fecit, quo liberius posset contra Postumium proficisci.

p. 36 v. 4. vid. Trebell. Pollio in Trig. Tyr. et Zonaras 12 24.

ib. v. 10. de morte Salonini, ut ex Treb. Pollione (Trig. Tyr. c. 3) palam fit, diversa inter homines increbuit fama.

ib. v. 13. *Silvanus* hic, cuius curae Saloninus datus erat, apud Zonaram 12 24 p. 632 est *Albanus*. at ipsi Postumo concreditum Saloninum narrat Trebell. 30 tyr. 2. verum error ex eo natus, quod pater eius, Gallienus, a Valeriano traditus fuerat Postumii tutelae, ut ex epistola Valeriani intelligo ap. Vopisc. Aurel. 8. *H.*

ib. v. 16. ex Dexippo, quem noster expressit, petitus apud Syncellum (p. 304 D) locus extat rem illustrans. quos Zosimus Scythas appellat, eos Syncellus sive Dexippus Aerulos, hoc est Herulos, vocat.

ib. v. 19. quae de Odenatho Zosimus obscure enarravit, ea Syncellus et clarius et copiosius exposuit. cf. Treb. Pollio (Trig. Tyr. c. 11).

ib. v. 20. Odenathus; teste Syncello, Orientis creatus erat dux; iuxta Trebellium vero (Gallien. c. 11) regno affectato, omnia quae perfecit, quasi Gallieni partes ageret, ei nuntiari fecit; deinde cum ab imperatore Augustus dictus esset, filium ad eandem evexit dignitatem.

p. 37 v. 9. contra Scythas profecturus morte occubuit, ut a Syncello traditum l. c. auctore vero Treb. Pollione (Trig. Tyr. c. 13) una cum filio occisus est.

ib. v. 16. de Postumo sive Postumio in Gallia tyrannidem occupante iam supra (c. 38) egit. erroneum est, ut Tillemontius demonstrat (t. 2 p. 357), quod is hoc tempore tanquam superstes commemoratur, qui iam ante fuerat occisus quam ad eum deiiciendum a Gallieno arma mota. *R.* turbata haec sunt quae a Zosimo narrantur, nec tam in Postumo quam in rerum narratarum ordine. de *Gallieni* temporibus extremis agitur: caesus is a. 268 m. Martio prope Mediolanum, adversus *Aureolum* profectus. sed is non tum demum novas res molitus erat: nam anno iam 260 ab exercitu Illyrici Augustus erat renuntiatus. *Postumus* imperium arripuerat in Galliis a. 259, isque cum filio fuit caesus ad Moguntiacum sub a. 268 initia, fraude *L. Aeliani,* qui et Laelianus et Lollianus appellatur: sed numi audiendi sunt. Zosimus adeo defectionum initia et novissima in unum miscuit. vestigia tamen similis perplexae narrationis occurrunt apud Trebell. add. Zonar. p. 634 C. *Marcianus,* qui statim memoratur, diversus utique est a Macriano Augusto in Oriente dicto. cf. Trebell. in Gallieno 13 14. *H.*

p. 38 v. 1. iniectum Claudio crimen, quia is successor fuit occisi imperatoris, non sine causa videtur; neque id diluet Treb. Pollio (in Claudio c. 1), studio Constantini, originem suam ex Claudia gente ducentis, suspectus scriptor.

p. 38 v. 10. de Gallieni caede discrepant inter se scriptores, Trebell. Pollio 14, Sext. Aurel. Caes. 33.

III. IMPERATORES A CLAUDIO USQUE AD CONSTANTIUM REGNANTES (l. 1 c. 41—71).

Historia imperatorum ante Claudium epitomatoris more breviter perstricta, sequentium temporum res iam latius, de Eunapii libris depromptas, tradere instituit. deficientibus aliis libris unde huius possit intervalli historia peti, quae de ea nobis innotuerunt, ea fere omnia Zosimo debentur, sine quo in hac nobis parte plane caecutiendum foret.

ib. v. 19. Casaubonus ad Treb. Pollionem in Claudio c. 6 *Πευκίνους* emendat, satis apte: nam *Peucini* vocantur insulae Peucae, ad ostium Danubii adiacentis, habitatores, quibus incursantibus comites fuerunt Trutungi Heruli et alii populi Germanicae ac Sarmaticae originis.

p. 39 v. 1. Casaubonus auctoritate Treb. Pollionis (c. 8, etiam Ammiani 31 5) recte emendare videtur *ἐς* vel *ὡς δισχίλια.* cum barbarorum numerum eundem tradant, scilicet 320000, necesse est unamquamque navem, si omnes aequali inter se magnitudine fuerunt, portasse 150 homines ex ratione Pollionis, Zosimi vero 50 modo.

ib. v. 19. Pelagonia pars Macedoniae. vid. Strabo 8 extr. *Cellar.* fuit in hac urbs *Doberus* iam apud Thucydidem obvia. Athenas eodem tempore afflictas narrat Zonaras 12 26.

p. 40 v. 2. pugna quae hic narratur, facta est ad Naissum in Moesia superiore, quod ipse Zosimus subiicit c. 45. *H.*

ib. v. 6. de eo bello Scythico cf. Treb. Pollio in Claudio c. 6—10.

p. 41 v. 3. Babyloni Aegyptiae. Strabo l. 17 de Aegypto: *Βαβυλὼν φρούριον ἐρυμνόν, ἀποστάντων ἐνταῦθα Βαβυλωνίων τινῶν. Cellar.*

ib. v. 17. *prope duo milia militum a paucis barbaris, et iis qui fugerent, interempti sunt.* Treb. Pollio Claud. c. 11.

p. 43 v. 8. finitimi iis fuerunt Marcomanni et Iuthungi, quorum incursantium fines Romanos mentio facta apud Dexippum et Vopiscum. fuerunt ad trecenta milia hominum.

ib. v. 7. *ἐν ταῖς περὶ τὸν Ἴστρον ἐσχατιαῖς (ubi ambo Norici erant,* Zosim. 5 50). Dexippo auctore Iuthungi, cum urbibus ad Istrum vexatis Italiae imminent, fusi fugatique ab Aureliano et traiecto Istro a Romanis fuga afflicti, pars ceciderunt, reliqui ab imperatore pacem petierunt, teste Aurel. Victore (c. 35).

p. 43 v. 12. ἀτείχιστος πρότερον. non satis accurate id dictum: nam ab Aureliano non primum facti urbis muri, sed tantum ampliati sunt. Vopisc. Aurel. 21 et alii.

ib. v. 16. ex Vopisco (vita Aureliani c. 39) Daciam discimus provinciam transistrianam, ex quo Traianus eam occupaverat, a Romanis servatam, nunc ab Aureliano, desperante posse eam retineri et defendi, derelictam et barbarorum factam esse. quae res Zosimo, imperii decrementa et provinciarum amissiones scripturo, non plane omittenda erat.

p. 45 v. 11. vid. Valesius ad Marcellin. 14 5 et Godofred. ad l. ult. C. Th. de infirm. h. quae sub tyrann. *Ritter.*

ib. v. 17. Δάφνης τοῦ προαστείου. de eo late Godofred. ad l. 2 C. Th. de aquaeduct. et Casaub. ad Script. Histor. Aug. et Morellus ad Strabonem 16. *Ritter.*

p. 46 v. 17. memorabile est, quod qui *ex Palaestina* missi sunt, *praeter* arma cetera *clavas et fustes* secum afferunt. *H.*

p. 49 v. 18. εἰς κρίσιν ἤγαγε Ζηνοβίαν. quod Zenobia in iudicium adduci potuit, quae res per se ad nostros sensus valde mira est, maxime pertinuisse putandum ad pervicaciam in renuenda deditione et ad superbas literas, quas ad Aurelianum scripserat. v. Vopisc. 26 27. *H.*

ib. v. 22. Longinum philosophum, quo magistro Zenobia in literis Graecis usa fuerat, Aurelianus ideo dicitur occidisse, quod superbior illa epistola Zenobiae ad Aurelianum (quam Vopiscus c. 27 exhibet) ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. Vopisc. Aurel. c. 30. *Cellar.*

p. 50 v. 15. Strabo 14 prope finem, in Cilicia Σαρπηδονίας Ἀρτέμιδος, Dianae Sarpedoniae templum et oraculum memorat. *Cellar.*

ib. v. 17. *Seleucides aves* etiam Plin. commemorat 10 s. 39. et apponit *Casii montis incolas:* unde patet *Seleuciae Pieriae,* non Ciliciae h. l. agi. *H.*

p. 51 v. 11. templum Veneris Aphacitidis in Libano monte Constantinus Magnus diruit. Euseb. in Vita l. 3 c. 53. Socrat. 1 18 (14 Lat.). *Cellar.*

p. 52 v. 17. narrationum de Zenobiae morte, quarum diversitatem Zosimus et Zonaras observarunt, veriorem putamus esse eam quam exhibeat Vopiscus (Aurel. c. 34) aliique, scilicet Zenobiam eiusque liberos Romae in triumpho esse ductos.

p. 53 v. 7. Vopisco (in Aurel. c. 31) maior fides est. *Sandarionem* (Zosim. Marcellinum) inquit, *quem in praesidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, Achilleo* (Zosim. Antiocho) *cuidam parenti Zenobiae parantes imperium.* e medio sustulisse Palmyreni Sandarionem ut aversantem res novas et defectionem videntur.

p. 53 v. 12. de urbe Palmyra direpta epistola imperatoris apud Vopiscum (Aurel. 31) exstat.

ib. v. 14. Firmus sive Firmius quidam in Aegypto rerum novandarum auctor fuerat. vid. Vopisc. Aurelian. c. 32. idem in vita Firmi.

ib. v. 19. *Τέτρικον* — *μετὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθε.* id subobscure dictum. Tetricus non supplicio affectus, sed ubi in triumpho ductus fuerat, Lucaniae corrector praefectus ab imperatore est.

ib. v. 21. *Aurelianus monetam restituit*, teste Zosimo. mirum videri potest, quod eius rei nullum nec in numis argumentum nec memoria deprehenditur. sed referendum est ad seditionem a monetariis motam, qui numos arroserant. Aurel. Vict. Caes. 34 6, add. Vopisc. c. 38, Eutrop. 9 14. *H.*

p. 54 v. 2. singulis panis siligineus datus. carnis quoque usum Aurelianus populo instituit. Victor epit. 35 ibi Salmasius.

ib. v. 6. *Ἔρως* Vopisco (Aurel. c. 36) *Mnestheus* vocatur, notarius secretorum. caesus est imperator manu Muscaporis.

ib. v. 20. de Tacito cf. Vopiscus in vita Taciti.

p. 55 v. 9. *διώξαντες.* ad avertendam ultionem caedis Maximi. Zonaras 12 28.

ib. v. 12. de Floriano, qui non senatus sed suo arbitrio imperium invaserat, v. Vopiscus in Floriano et Probo.

p. 56 v. 14. de Probo v. eius vita a Vopisco conscripta.

p. 57 v. 5. observante Scaligero ad Eusebium, Zosimi Saturninum Maurum facientis, contra auctoritatem Vopisci oriundum eum e Gallia dicentis, hallucinatio inde orta videtur, quod Saturninus Africam a Mauris occupatam liberaverat. Vopiscus c. 10.

ib v. 23. frumentariam hanc pluviam narrat etiam Zonaras, sed addita dubitandi formula, *εἴ τισι τοῦτο πιστεύοιτο.* *Cellar.*

p. 58 v. 8. in *Logionibus* haerebunt mecum alii lectores. videntur iidem esse, qui *Lygii* magis vulgato nomine, numerandi adeo, auctore Zosimo, inter Germanicos populos. memoravit eos iam Tacitus Germ. 43, quo tempore ad Vistulam sedes habebant. progressi inde versus Pannoniae fines, fuere inter eos populos, qui Vannium regno inter Marum et Cusum flum. expulerunt. Tacit. Ann. 12 29. nunc incursarunt Pannoniam, a Probo repressi. iterum Suevos in Moesia infestarunt sub Diocletiano. Dio 67 5 ubi v. Fabric. *H.*

ib. v. 14. cum Burgundis, quorum hic mentio modo a Zosimo iniecta est, Diocletianus conflixit. Mamertin. Panegyr. c. 5.

p. 59 v. 11. *Λύδιος.* appellat eundem Vopiscus (in Probo c. 16) Palfurium.

p. 61 v. 15. de Isauris cf. idem l. c.

ib. v. 17. *πόλεμον προκόπτοντα.* Vopiscus (Probo c. 17) praeter urbem Ptolemaidem *Copton* etiam, quam *barbaricum servitium* eripuerat, Romano imperio redditam a Probo esse tradit. *barbaricum* illud *servitium* esse barbaros quos Blemmyas Zosimus dixit, mox ipse Vopiscus declarat; idem in reliquis etiam cum Zosimo conspirabit, si ingeniosam Salmasii (ad Vopisc. c. 17) coniecturam admitti placet, qui transpositis et mutatis verbis ita legit: *τῆς κατὰ Θ. Πτ. ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ πρὸς Κόπτον ἀραμένης, ἐπὶ βραχὺν χρόνον αὐτήν τε καὶ τοὺς συμμαχήσαντας αὐτῇ Βλεμμύας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγησάντων.* malit praeterea verba *ἐπὶ βραχὺν χρόνον* in *ἐν βραχεῖ χρόνῳ* mutare.

ib. v. 19. Vopiscus l. c. *centum milia Bastarnarum in solo Romano constituta, hi fidem omnes servarunt. sed cum et ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset, id est ex Gepidis Gautunnis et Vandalis, illi omnes fidem fregerunt* (c. 18).

ib. v. 22. ut a quibus locis *Franci* progressi sint teneatur, consulendus est Eumenii Paneg. Constantio Caes. dictus c. 18 3. nimirum a Ponto correptis navibus Graeciam Asiamque populati ad Siciliam et sic porro versus Occidentem processere. *H.*

IV. LUDI SAECULARES (l. 2 c. 1—8).

Quae de origine et ratione ludorum saecularium Zosimus tradidit, eo magis nobis grata esse possunt, quo non modo diligentius et disertius verum adeo copiosius egit Zosimus de re, de qua ceteri scriptores parce et summatim dixerunt in iis quae nobis supersunt. quae de origine eorum Valerius Maximus 2 4 scripsit, exactius cum Zosimo conveniunt quam pro vetustate rei sperandum erat, adeo ut ex fonte eodem aut non multum diverso uterque scriptor sua hausisse videatur.

p. 63 v. 2. nolim tentare τὸ *μέσον* [cum R et Heumanno, quorum hic *εἰς τόσον* malebat, ille *τὸ ὅλον*]. tempus enim interiectum inter ludos saeculares explet vitam hominis, quanta esse potest longissima. ceterum mirari licet Romanos ipsos suorum sacrorum origines tam parum recte tenuisse, ut ludos Terentinos et Apollinares cum iisdem confunderent. *H.*

ib. v. 6. *ἐν τῷ Σαβ.* Valer. Maxim. l. c. *Valesius, vir locuples, vitae rusticae — habitabat in villa sua propter vicum Sabinae regionis Eretum.*

ib. v. 7. de luco, qui fulmine tactus sit, Valerius M. tacet. sunt et pauca alia, levia tamen, quibus a nostro dissentit.

ib. v. 14. Valer. Max. *aquam calidam* (Valesius) *iis a foro petens, genibus nixus, lares familiares, ut puerorum periculum in ipsius caput transferant, oravit. orta deinde vox est* etc.

quae vox, ut ex verborum et sensus ratione coniecturare licet, non ex luco, unde apud Zosimum venisse dicitur, sed ab ara audita est.

p. 64 v. 11. dum id agit editor ut Maximi verbis Zosimea accommodet, ad emendationem delabitur, inserendo οὐ. sed uterque sibi relinquendus est: ita nihil desiderabimus. ignem utique secum portaverat *sacra facturus:* ὑπὸ καύματι de aestu *febris,* non de siti accipiam. ut itaque vim febris calida leniret, calefacturus est aquam; id quod defectu ligni in lintre facere non poterat. sunt vero plura in quibus discrepat Maximi et Zosimi narratio: prior illa maiorem spirat antiquitatis superstitionem, inprimis in illo quod Valesius *solum videt fumare et aquam impositam calescere;* quo probabile fit veterem famam ad locum campi Martii spectasse igni subterraneo ardentem; eiusmodi sane loca religionem habebant. sic mons Soracte, Amsancti vallis. *H.*

ib. v. 14. eam rem Valerius, nulla pastorum mentione facta, paulo diverse exponit. *Valesius enim audita voce pueros ad ripam Tiberis protinus detulit, ac lintre ostium petens nocte concubia ad Martium campum appulit. sitientibusque aegris succurrere cupiens, igne in navigio non suppetente, ex gubernatore cognoscit haud procul apparere fumum. et ab eo iussus aggredi Tarentum (id ei loco nomen est)* etc.

ib. v. 19. eadem Valer. Max. plenius exponit. *cupide arrepto calice, aquam flumine haustam, eo unde fumus erat obortus, iam laetior pertulit, divinitus dati remedii quasi vestigia quaedam in propinquo nactum se existimans; inque solo magis fumante quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis levibus et quae fors obtulerat nutrimentis, pertinaci spiritu flammam evomuit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit.*

p. 65 v. 1. paulo clarius Valer. Max. ea tradit. *qua potata, salutari quiete sopiti, diutina vi morbi repente sunt liberati, patrique indicaverunt vidisse se in somnis, nescio a quo deorum, spongia sua corpora pertergi et praecipi ut ad Ditis patris et Proserpinae aram, a qua fuerat potio ipsis allata, furvae hostiae immolarentur lectisterniaque et ludi nocturni fierent.*

ib. v. 7. Valerius Maximus: *is, quod eo loci nullam aram viderat, desiderari credens ut a se construeretur, aram empturus in urbem perrexit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. hi domini imperium exsequentes cum ad viginti pedum altitudinem humo egesta pervenissent, animadverterant aram Diti patri Proserpinaeque inscriptam. hoc postquam Valesius nuntiante servo accepit, omisso emendae arae proposito hostias nigras immolavit.*

p. 66 v. 6. lectionem Onufrii Panvinii (de ludis saecular.) πυροφόρον πεδίον, *igniferum campum,* confirmat Valerius Maxi-

mus, cui campus ille vocatur *fumans solum*. inscriptio apud eundem Panvinium a Politiano ad antiquitatis formam ita redacta est: *P. Valesius Volusi F. Poplicola igniferum campum Diti patri aeternai q. Proserpinai consecravei, ludos q. eisdem dieis populi Romani salutis ergo fecei.*

p. 66 v. 12. *alteri* hi *ludi saeculares* anno Varr. 353 assignati recte se habent, nam M. Potitus quartum consul erat inter Trib. mil. cons. pot. eodem spectant, quae Livius memorat lib. 5 13 ad an. 355, qui ipsi 356 est. mox v. 19 ἀνενεώσατο (ut legendum) Octavianus ludos, L. Marcio Censorino, C. Calvisio Sabino coss. a. 715. at qui praecesserant ludi, facti erant L. Marcio Censorino, Man. Manilio coss. a. 605, quo anno bellum tertium adversus Carthaginienses susceptum. cf. Eutrop. 4 10 ubi v. Hearne. *H.*

ib. v. 20. observat ad hunc locum Sylburgius, cum Panvinianis verbis congruere ea quae ad oram codicis Leunclaviani manu aliena adscripta sint; secutum esse Panvinium eos codices a quibus ista verba προτελ. μὲν et τότε — Σαβίνου pariter atque a codicibus iam collatis aberant. quinam autem sint illi codices, quando auctor loci in Panvinii libro Latine versi, sive sit Panvinius ipse sive Politianus, nusquam eius rei mentionem fecit, Sylburgio non liquere potuit. comparatis iis quae Valerius Max. de ludis saecularibus tradidit, manifestum fit a Panvinio plurima ex Valerio Maximo esse concinnata.

p. 67 v. 2. *Ateius Capito* adhibitus tanquam ICtus iuris pontificii peritissimus, de quo libros ediderat. v. Gell. 4 6. Macrob. Sat. 3 10. Claudius ludos saeculares celebravit U. C. 800. Domitianus 841. Severus 957. C. N. 204. *H.*

ib. v. 15. eandem praeconis formulam recitat Herodianus 3 8 extr. cuius rei ratio est intervallum inter hos ludos 110 annorum, quod cum Claudius anticipasset, risui fuerunt eiusdem praecones. Sueton. c. 21. *Cellar.*

p. 71 v. 9. si fides Phlegonti Tralliano de Mirabilibus c. 4, ad Latinos ipsos pertinuit oraculum. de Latinis enim, Romanorum sociis, fide mutata crebra moventibus bella Sibylla cecinit, his ludis institutis fore ut defectionis poenam luentes in Romanorum redigerentur potestatem.

ib. v. 19. imp. Diocletianus et Maximianus VIII Coss. fuere a. U. C. 1057 a. C. 304. imp. autem Constantinus III. et imp. Licinius III. a. U. C. 1066 a. C. 313. *H.*

p. 72 v. 3. celebrandis ludis saecularibus certum tempus non videtur priscis temporibus fuisse destinatum, quoniam eos tantum calamitate rem publicam urgente, placandae deorum irae gratia, instituebant. in celebrandorum igitur ludorum tempore scriptores, mentionem eius rei satis incertae inicientes, aliquantum variant, dum alii, iique maxima muniti auctoritate, celebra-

tionis annum centesimum decimum quemque prodiderunt, alii, in quibus Valerius Antias, Varro, Livius et Augustinus, centesimum quemque. Zosimo non centum, ut perperam Panvinius scribit, sed centum ac decem annorum intercessisse inter ludorum celebrationes singulas spatium scribenti (h. l. et c. 6) adstipulantur commentarii 15 virorum apud Censorinum, Horatius carmine saeculari, et Acro in commentario ad idem carmen. quid inter eos sit discriminis, ex hac tabula intelligi poterit, ex Censorino (de die natali c. 17) aliisque scriptoribus confecta. priore loco tempora in 15 virorum commentariis notata adscripta sint, altero tempora ab Antiate et aliis tradita.

1) 295 u. c. M. Valerio, Sp. Verginio coss.
   b) 245 a Valerio Poplicola, ut *Antias* tradit.
2) 408 M. Valerio Corvino iterum et C. Poetilio coss.
   b) 305 Antias.
3) 518 P. Cornelio Lentulo et C. Licinio Varrone coss.
   b) P. Claudio Pulchro, C. Iunio Pullo coss. *Antias* et *Livius*.
   c) in tabulis Capitolinis ita huius temporis ludi designantur: *ludi saeculares tert.* M'. Aemilio. M'. F. M. Livio. M. F. M. N. Salinatore Mag. x vir.
4) 628 M. Manilio Lepido et L. Aurelio Oreste coss.
   b) 605 L. Marcio Censorino, M. Manilio coss. *Antias, Varro, Livius.*
   c) 608 Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico coss. *Piso, Gellius, Cassius, Hemina,* qui illo tempore vixit.
5) 737 C. Furnio, C. Iunio Silano coss. celebrati sunt ab Augusto et Agrippa, et carmen saeculare ab Horatio compositum fuit.
   b) L. Censorino et M. Manilio coss. *Zosimus.*
6) 800 Tib. Claudio Caesare 4 et L. Vitellio coss. celebratio facta non iusto sed praecepto tempore, ita ut non maius quam 63 annorum interpositum spatium esset.
7) 841 Domitiano 14 et L. Minucio Rufo coss. neque his ludis suum et iustum tempus fuit: nam praeterlapsi modo erant post ludos ab Augusto institutos 104 anni.
8) 957 Cilone 2 et Libone coss., imperatore Severo. ludi saeculares, quanquam neglectos eos post Severi aetatem fuisse Zosimus scribit, nondum in desuetudinem abierunt: celebratio enim eorum memorata est, tempore legitimo neglecto.
9) 1000 u. c. Philippo patre 3 et filio 3 coss. apud Eutrop. 9 3, Cassiodor. et Euseb. Chron. et item in numis. quod Panvinio tradente in numo aliquo legitur, *Gallienus Aug.*, ab altera *saeculares Aug.*, id neque cum temporis ratione congruum est neque alicuius scriptoris testimonio auctoritatem accipit.

10) Honorio Aug. 6 cons. ducentis annis quam a Severo instituti fuerunt. Claudian. Panegyr. in 6 cons. Honorii. de ludis saecularibus *Panvinius* librum singularem vulgavit, et P. *Taffinus* de anno et ludis saecularibus. ex numis eam rem illustravit *Spanhemius* de praest. num. t. 2 p. 123—131. eidem explicandae operam dederunt commentatores in Horatii carmen saeculare, Vossius de Sibyll. Orac. c. 9 et Politianus Miscell. 1 58.

p. 72 v. 5. ludos saeculares neglectos fuisse similiter conqueritur Victor Caes. c. 28: *nostra quoque aetate, post mille centesimus consule Philippo excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus: adeo in dies cura minima Romanae urbis.*

V. CONSTANTINUS (l. 2 c. 8—39).

Historiam Constantini delineanti Zosimo praeivit Eunapius: huic vero qui et quales fuerint duces, etsi auctore Sozomeno 1 3 illius aevi non fuerit historicorum penuria, ignoratur tamen omnino, ut ne coniectando quidem eos reperire liceat, siquidem, praeter Praxagoram, gentilium historiographorum, quibus haud dubie solis Eunapius fidem habuit, nullum aliud ad nostram memoriam duravit nomen. quam presse Eunapium secutus sit Zosimus, id, cum nullum superstes sit fragmentum Eunapii huc faciens, comparando intelligere et diiudicare iam non licet: ex Photio tamen, qui utramque legerat historiam, satis constat Zosimum modestiorem in Constantinum, non eadem atque Eunapius acerbitate eum et vehementia exagitasse. ne tamen fidem Zosimi in hac historiarum parte maxime suspectam possimus rite et subtiliter explorare, id vetant cum alia, tum ceterorum scriptorum qui de Constantino scripserunt auctoritas levis ac dubia, tum narrationum brevitas et consilii diversitas. habemus Eutropium, Victorem utrumque, anonymum Valesii, Orosium, Zonaram, non historicorum sed epitomatorum numero censendos, et Eusebium, Lactantium, Philostorgium, Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Evagrium, Christianorum, non rei publicae Romanae res tradentes; praeterea nobis sunt Panegyrici, Iulianus, Libanius, ad alia quidem utiles, a consilio tamen historiae componendae abhorrentes. in tam parum laeta historicorum nobilium segete, clarum ac perspicuum est ex iis scriptis quae temporum supersunt iniuriae exiguam utilitatem ad fidem Zosimi diiudicandam redundare; quam si in aliis ferendam dixeris iniquam sortem, minime tamen temporibus Constantini, rerum memorandarum copia fecundis et narrationis diversitate et fidei malae suspicione vexatis, accidisse vellemus.

ib. v. 7. *Diocletianus* privatus vixit annis octo inde ab a. 305, vitam finiit eodem a. 313, quem modo adscripsimus. nullo

igitur modo τρισὶν ἐνιαυτοῖς defendi potest, nisi Zosimus peccavit in numero annorum, ut istos coss. Constantiuum III et Licinium III anno 310 assignaret. sed probabilius fit librarium γ pro η scripsisse, cum ad depositum imperium c. 7 Zosimus respexisset. *H.*

p. 72 v. 10. etiam Africam et Pannoniam auctore anonymo Valesii. Severo occiso Maxentius, provincias eius suae facturus formulae, imagines iussit suas, uti mos erat, in Africa circumferri et exponi. vid. c. 14 init.

ib. v. 13. Zosimi aliorumque testimonium, ex illegitimo Constantinum esse natum consortio, elevare et scriptorum contrarium tradentium auctoritatem stabilire studuit Tillemontius, qua tamen nihil ultra effectum cernimus quam ut probabile factum sit nuptias postea celebratas matri eius legitimae ius coniugis dedisse.

p. 73 v. 2. incisos equorum a Constantino fugiente nervos esse, etiamsi fabulae similis videatur res et apta ad movendam fugae suspicionem, non modo tradit Zosimus (id quod opinatus est *Gibbon.* t. 1 c. 14 not. 13, irridens Zosimi narratiunculam ut ab eo fictam) sed etiam Aurelius Victor et anonymus Valesii.

ib. v. 8. militibus a patre commendatum fuisse Constantinum, tum alii tum Eumenius aperte tradit Paneg. c. 7: *manifeste enim patris sententia electus es imperator,* et c. 8: *illico enim atque ille terris fuerat exemptus, universus in te consentit exercitus: te enim mentes oculique signarunt.* Constantino a patre ipso commissum et traditum imperium ait anonymus Bianconii in chron. p. 117.

ib. laudat eum quoque Praxagoras, qui praeter alia scripta vitam Constantini composuit, quam excerptam exhibet Photius cod. 62. *Ritter.*

ib. v. 10. cf. *Tillemont.* t. 4 p. 619. improbata hac militum electione a Galerio et negato imperatoris nomine, Constantinus ad Caesaris depulsus dignitatem postea auctore Maximiano Herculio titulum Augusti sumpsit.

p. 74 v. 16. Eutropius ex eoque Hieronymus in Chron. Eusebii et Aurel. Vict. Ravennae interfectum Severum scribunt; Epit. Victoris *Romae ad tres tabernas* exstinctum. Zosimus lucem aliquam afferre videtur: Severum desertum a suis Ravennam, urbem munitam, confugisse, inde Herculii blanditiis pertractum ut Romam veniret, in itinere in insidias incidisse eo loco qui *ad Tres Tabernas* dicitur. at *Tres Tabernae* Fori Appii ultra urbem sunt Terracinam euntibus: Severus autem Ravenna decedens prius in Terracinae tractum pervenit quam Romam? ego autem non dubito illas tres Tabernas in agro Ravennate fuisse, neque aliter posse colligi ex verbis Zosimi. alterum autem Victo-

rem deceptum ὁμωνυμίᾳ loci putasse eas esse Tres Tabernas, quae sunt ad Forum Appii. Scaliger ad Euseb. n. 23. *Cellar.*

p. 76 v. 3. nactus est Licinius uno die utramque dignitatem, Caesaris et Augusti, nullo temporis inter eas aditas intercedente intervallo, contra vulgarem constantemque consuetudinem, qua non simul sed diversis ac distantibus conferri temporibus solebant. contra Lactantii vero Eusebii et Orosii auctoritatem, anonymus Valesii affirmat tunc demum Licinium a Galerio dictum Augustum esse, cum ex Italia, ubi ipsi comes fuerat in expeditione adversus Maxentium, redux fuisset.

ib. v. 6. inita inter se amicitia Maximinus et Licinius provincias, quarum nonnullas ille iam praeoccupaverat, ita sunt partiti ut angustiae Chalcedonenses pro terminis essent. Euseb. 9 6, Lactant. 45 39.

ib. v. 10. unde istos Maximianus habuerit milites, non liquet. *R.* sunt Constantini milites, quos ille ad defectionem pellexit. *H.*

ib. v. 13. Tarsi obiit Maximinus (c. 17), non Maximianus Herculius, quem errorem, eadem nominum similitudine deceptus, Socrates erravit. detectis insidiis quas genero suo Constantino Herculius paraverat, ubi Massiliam fuga evaserat, laqueo finiit vitam. ita tradunt Lactantius, Eusebius, et qui sunt minoris auctoritatis scriptores.

ib. v. 14. quantum hic sit ordo temporum perturbatus, intelligi poterit ex mox annotatis.

ib. v. 16. vide hanc in rem disputata ad l. 4 C. Th. Ne quid publ. laetit. et ibi alia loca. etiam hoc libro c. 9 supr. de imagin. Constantini. *Ritter.*

ib. v. 17. discimus ex hoc loco non modo Galerium, cuius supra iam memorata fuit mors, adhuc in vivis fuisse, quod milites studio eius egisse dicuntur, sed etiam Africam Severo interempto dicionis fuisse eiusdem Galerii. in proximis ante capitibus multae res perturbate et sine accurata temporum notatione sunt positae, quas, si suo ordine collocandae essent, ita disponi oporteret. anno 306 Constantino ad patrem in Britanniam profecto, imperioque ei a militibus imposito, Maxentius invidia flagrans et ambitione ad res novas stimulatus regnum Romae occupat (18). anno insequenti (307) cum ad eum tyrannide deiiciendum Severus Caesar in Italiam iussu Galerii profectus, re male gesta, moenibus Ravennae se defensaret, a Maximiano fide data deceptus occubuit. quo facto Maximianus amore regni incensus, relicto Maxentio filio, ad Diocletianum se confert et ad capessendam iterum rem publicam eum concitat. quo aversante imperii molem, Maximianus ad Constantinum in Gallia degentem se recepit (c. 10), Galerio interim suscipiente adversus Maxen-

tium expeditionem, quae non magis ei quam ante Severo ex votis successit (c. 10 p. 74 v. 20). Maximianus reversus ad filium abalienandis ab eo militum animis comparare sibi eius regnum frustra tentat (c. 11 p. 76 v. 7). Licinius a Galerio in consortium regni vocatur (c. 11 p. 76 v. 3). Maxentius a vi et impetu adversariorum satis tutus Africam suo regno adiungit (c. 12 p. 76 v. 15 sqq.), quam Alexander ibi copiis praefectus mutata fide dicioni eius subtrahit (c. 12 p. 77 v. 14). intercedente morte Maximiani Herculii anno 310 (c. 11 p. 76 v. 13) et Galerii anno sequente 311 (c. 11 p. 76 v. 5) Maxentius quidem, defectione Alexandri oppressa, Africam recuperat (c. 14), ipse autem anno 312 a Constantino victus est (c. 15. 16). Constantinus victor anno 313, Licinio in matrimonium data sorore, ad Gallias redit (c. 17 p. 81 v. 17). Diocletianus diem obit supremum (c. 8 p. 72 v. 7), et eodem anno Maximinus, cum a Licinio proelio victus fugeret (c. 17 p. 82 v. 4). anno 314 bellum inter Constantinum et Licinium oritur (c. 18 sqq.).

p. 76 v. 20. ἱκαναῖς δυνάμεσι non tentandum *). *Maxentii* copias eas esse per se intelligitur, et ex ipso facto patet eas *satis validas* fuisse. rerum autem ordo sic procedit. Afri et Carthaginienses detrectarunt Maxentii imperium, fide et benevolentia in Galerium obstricti. Alexandriam occupare voluere, eo utique consilio ut suarum partium praesidium illud haberent; re frustra tentata, quod urbs forte a Maxentii copiis tenebatur, spe sua deiecti Carthaginem rediere. Alexander praefecti Africae vicem a Galerio mandatam habuisse videtur; quem cum Maxentius primo opprimere voluisset, consilio deposito mox ab eo postulavit ut fidei saltem obsidem sibi daret filium. at Alexander perfide omnia agi a Maxentio intelligens, recusavit dare. *H.*

ib. v. 21. quae Zosimus tradit, obscura sunt et forsan hoc modo extricari et illustrari possunt. milites qui Carthagine essent, aut partem eorum, cum studio Galerii imagines Maxentii haud admisissent, iram eius veritos Alexandriam, quae Galerio parebat, se conferre voluisse, repulsos autem in itinere a Maxentii copiis, sive eae modo traiecerant sive manserant in fide, redisse Carthaginem, unde exierant.

p. 77 v. 17. Τύχης ναός. vid. Valesius ad Marcellin. 16 10. *Ritter.*

p. 79 v. 10. dissident Zosimus Eumeniusque de numero peditum equitumque. hic centum milia armatorum a Maxentio et quartam modo eorum partem a Constantino ductam ad bellum tradit: Zosimus etiamsi invidiae non minus quam Eumenius adulationis suspectus credi possit, fide tamen praestare debet,

*) ἐναντίαις malebat *R.*

quod probabiliorem numerum eumque diligentia et cura maiori tradidit.

p. 79 v. 20. hanc fraudem, cui neque structurae pontis ratio satis apta videtur neque scriptores aequales testimoniis suis fidem faciunt, posteriores aetate historici rumore aliquo incerto accepto tradere videntur.

p. 81 v. 14. sugillationis et calumniae crimen hoc loco in Nazarium imperatoris laudatorem, potius quam in Zosimum, quem eius vulgo perhibent obtrectatorem, conferri potest. ille in panegyrico (c. 6) omnes, ait, qui labefactare statum eius poterant, *cum stirpe deleti* sunt.

ib. v. 15. ex Aurelio Victore (c. 40) intelligimus *sublatas penitus esse legiones praetorianas, simul arma atque usum indumenti militaris*, ut adeo numeris legionum aliarum non sint adscriptae.

p. 82 v. 1. ἐπὶ Κελτούς. ad repellendas Francorum Germanorumque incursiones. Panegyr. 6.

ib. v. 5. collectis in Oriente copiis Maximinus sive Maximianus (confundunt enim etiam alii scriptores haec nomina) Tarso in Aegyptum cum profecturus esset, hausto ante veneno periit. Lactant. persec. 49.

ib. v. 13. anonymo Valesii auctore, Constantinus habuit peditum (nam equitum numerus non traditur) viginti milia.

p. 84 v. 22. iam ante pugnam alteram de pace ad Constantinum Licinius miserat, audieratque in condicionibus etiam ferri deiectionem Valentis a dignitate Caesaris. Anonym. Vales. Ritterus addit Petr. Patricium in Exc. Leg.

p. 85 v. 1. post Cibalense proelium itaque Constantinus Macedoniam obtinuit. vid. l. 4 de extraord. in Comment. *Ritter.*

ib. v. 6. Crispo Constantino et Licinio non eodem, quo pax inita anno Caesaris dignitas data est, sed tribus demum post eam annis (a. 317). cf. Tillemont.

ib. v. 7. ἐκ παλλακῆς. idem confirmant Victor et Zonaras, aliter tamen de ea re sentit Du Cange fam. Byzant. p. 46. cf. Spanhem. ad Iulian. Orat. 1 p. 64.

ib. v. 9. ἐν Ἀρελάτῳ. vid. l. 5 cod. Th. de appell. nat. h. *Ritter.*

ib. v. 13. cum Sarmatis saepius Constantinus conflixit; cf. Optatianus c. 23. *R. Sarmatae* seu verius Gothici generis populi (nam Carpi et Getae memorantur ab Optatiano), neglectos limites superarunt, Thraciam Moesiamque populati. referenda res ad a. 321, cuius anni numi sunt cum elogio: *Sarmatia devicta.* sed ludi Gothici acti anno sequente m. Februario, unde huic anno adscri-

bitur ea calamitas a Tillemontio et Gothofr. Cod. Theod. Chronol. h. a. *H.*

p. 85 v. 16. haec Gothis tribuit auctor incertus de vita Constantini ad calcem Ammiani Valesiani. vid. ibi Valesius. huc pertinere videntur Constantini numi cum inscriptione: Victor Goth. *Ritter.*

p. 86 v. 17. tradente anonymo Valesii, Licinius aegre ferens Constantinum, cum bello Gothos persequeretur, iter per ipsius fecisse terras, foedere rupto bellum movet.

p. 88 v. 2. occulte transiisse flumen videntur milites et aptum insidiando cepisse locum: nam si in citeriore ripa locati in insidiis fuissent, vix pateret quae eis adoriendi hostem alteram ripam insidentem fuisset facultas.

ib. v. 20. bello maritimo Crispus etsi non praefuerit, ut anonymus Valesii tradit, saltem interfuisse videtur.

p. 89 v. 2. *Ἄβαντος Amandus* est. v. Exc. Vales. de Constantino p. 660 ad calc. Ammian. *H.*

ib. v. 21. non satis perspicua est *pugnae navalis* narratio. *Hellesponti* aquas rapido cursu versus Aegaeum ferri nota res est: Austri itaque impetu exorto eas repressas valde furere necesse est. Amandi classis Asiae littus, *Αἰάντιον* (potius *Αἰάντειον*) *λιμένα*, obtinebat, Rhoeteo promontorio Troadis subiectum; arbitror a tumulo Aiacis dictum. cf. Strabo 13 p. 890 A. stationem parum tutam fuisse hoc ipsum arguit, quod Austro ingruente littori allisae et inflictae sunt naves. ex Zosimi narratione tempestatis vi tota clades illata. quod *Gibbon.* t. 1 p. 446 Crispum classe in hostem invectum narrat, de suo adiecisse videtur: nec enim plura suppeditat anonym. Vales. l. c. *H.*

p. 91 v. 3. *Καίσαρα.* Augustum eum vocant anonymus Valesii et numi.

p. 92 v. 1. computo facto secundum numerum militum supra traditum, Licinium proelio centum milia amisisse necesse est; anonymus vero Valesii quartam eorum tantum partem cecidisse narrat.

ib. v. 3. *Χαλκηδόνιοι.* vid. Comm. ad l. 4 de extraord. sive sordid. et l. 1 de veteran. ibique Pagium. *Ritter.*

ib. v. 9. de more dierum natalium apud Persas celebrandorum vid. Herodot. 1 p. 60 ed. Wesseling. Athenaeus 4 p. 143 F.

ib. v. 12. crudelem foedumque Persarum morem excoriandi homines vivos observat Ammianus 23 6. d'Orville ad Charitonem p. 127.

p. 93 v. 12. de Hormisda eiusque ad Constantinum adventu quae Zonaras (13 5) tradit, diversa sunt ab eis quae Zosimus habet, verum non minus fabulae prae se ferentia speciem.

p. 94 v. 2. contra fidem datam occisum Licinium esse pauci negant, in quibus Eusebius ob veri quidem cognoscendi opportunitatem probabilis testis, ob studium tamen imperatoris suspectae fidei.

ib. v. 7. cf. Zonaras 13 1 et Comm. ad l. 1 c. Th. de paganis.

ib. v. 8. haruspicibus fidem ab imperatore habitam esse quaedam leges ab eo datae testantur. vid. l. 1 cod. Th. de pag. sacrif., anno 321 lata; cf. ibi Comm. Gothofred. instituendae vero haruspicinae in locis publicis copiam fecit superstitiosis. vid. l. 1 et 3 cod. Th. de maleficis.

ib. v. 11. vide ad hunc locum insignem Codini de Origg. p. 34 ed. reg. Chrysostom. Homil. 15 ad Philipp. p. 318 mira de Fausta, nimirum illam nudam expositam fuisse feris a Constantino. vide ibid. notas Bern. de Montfaucon. *Ritter.* suspicatur Gibbonius, loco quodam Monodiae motus, Faustam, quam veteres scriptores ad unum omnes ab Constantino necatam dicunt, non esse caesam, sed fuga vitasse et imperatoris iram et vitae periculum.

p. 95 v. 1. in excutiendo hoc loco memorabili et fidei Zosimi infestissimo ne disputatio nostra aut evagetur aut implicetur, rerum summa ad duo capita revocabitur, primum verane sint an falsa quae de Constantini conversione ad Christianum cultum Zosimus dixit, deinde, si ea intelligantur esse commenticia, ut putant, num is in culpa versetur calumniae sugillationisque an ignorationis et incuriae. caedis factae reum fuisse Constantinum, et cognita occisorum innocentia paenituisse ipsum facti, non modo probabilitatis rationibus sed scriptorum etiam veterum testimoniis confirmatur. eundem vero conscium sibi tantorum criminum agitatum ita esse conscientiae stimulis, ut expiandi criminis et cruciatuum animi tollendorum causa, deposito metu ne indicium confessionis suae scelerum in vulgus emanaret, adierit flamines et lustrationis ope abluere maculam voluerit, id dubium et fictum in laudem sacrorum gentilium videri potest. maior insuper suspicio inest iis quae subiiciuntur, flamines illos, neque dignitatis eius qui petebat lustrationem neque periculi sibi ob eam non datam imminentis ratione habita, criminibus tam atrocibus, quae expiari cuperet, expiationem denegasse, neglexisseque occasionem retinendi firmandique imperatoris fidem in sacrorum gentilium cultu. ea etsi satis habere et fidem elevandam momenti videantur, tamen occurri iis potest rationibus et argumentis satis validis et firmis. primum cum ea animi furiis agitati natura sit ut angorem conscientiae tollere et delere memoriam flagitii avide appetat, res mira atque fide indigna non est, si Constantinus, cui mens erat superstitione contacta, ad sacra gentilium, nondum prorsus ab eo contemptui habita, sedandi doloris causa con-

p. 198 v. 1. diversa sed ad fidem propiora Ammianus 31 11 tradit, qui Sebastianum non sine voluntate Gratiani sed iussu eius, quoniam Valens ab eo ducem providum illum et prudentem petierat, Italia relicta ad Orientem venisse et peditibus, quibus Traianus ante imperasset, praefectum fuisse scribit. apud Suidam h. v. magna eius laus exstat. fuit in eo ingens vitae duritiés et laborum patientia, comitas erga milites, et in rapinis eorum coërcendis ac continenda disciplina summa severitas; victum sibi petebat nunquam delicatum, et quemadmodum pericula non aversabatur, ita maxime mollitiem fugiebat; *προσκεκρουκὼς δέ* (ita Suidas similia fere dictis Zosimi fortasse ex Eunapio afferre pergit) *διὰ γνώμης ὀρθότητα τοῖς κατακοιμισταῖς εὐνούχοις τῶν βασιλέων, εὔκολος ὢν διὰ πενίαν καὶ κοῦφος εἰς μετανάστασιν, διεδέχθη τῆς στρατηγίας.* Gothos quosdam ad Hebrum fudit.

p. 199 v. 13. incerta et ambigua est existimatio de prudentia Sebastiani. Ammianus enim Valentem invidia flagrantem virtutis et victoriae Gratiani de Lentiensibus partae, ac simul literis Sebastiani, quae a se in barbaros gesta erant dictis exaggerantis, impulsum, non exspectato ex Occidente auxilio, contra aliorum consilia rem committere fortunae properasse.

p. 200 v. 8. ex iuvene, qui periculum evaserat, imperatorem in casa agresti a barbaris incensa flammis absumptum Romanis compertum fuit. aliis opinio fuit in proelio Valentem vulnere saucium cecidisse; adeo incerta fuit fama de eius morte. Ammian. 31 13.

ib. v. 15. huc pertinet locus ex Ioanne Antiocheno in Excerpt. Vales. p. 847. *Ritter.*

p. 201 v. 1. Illyricum, quod dicionis Theodosii, Sozomeno 7 4 teste, factum, ex sententia Tillemontii (t. 5 p. 716 not. 14) non omne, sed pars modo eius orientalis sub ius iudiciumque Theodosii successit.

X. GRATIANUS, VALENTINIANUS II ET THEODOSIUS (l. 4 c. 25—59).

Eunapii sunt quae his capitibus comprehenduntur, a ceteris scriptoribus partim omissa, partim negligentius et strictius posita, a suspicione tamen calumniationis in imperatores Christianos haud vacua. Ammiani, qui ad Theodosii initia substitit, auxilio et copia carendum nobis est; ex iis autem qui novi accedunt scriptores, nullus est, qui virtutes Ammiani exaequet. utilitatem tamen afferunt ad Zosimum illustrandum Themistius Libanius et Pacatus inter rhetores et sophistas, porro Chrysostomus, Ambrosius, tum Claudianus Synesius et Symmachus, quibus fides modo stabiliri modo labefactari potest.

p. 201 v. 4. ex morbo, quo in hac urbe implicabatur, mora iniecta. Sozom. 7 4. Socrat. 5 6.

ib. v. 5. inter legatos civitatum ad imperatorem missos Themistius fuit, cui rem suam urbs Cpolis mandaverat. vid. orat. Themistii 10. cf. Godofr. ad l. 7 c. Th. de legatis.

ib. v. 15. quae nobis de hoc bello et parta per Modarem victoria innotuerunt, ea fere redeunt ad Zosimi locum hunc. Tillemontius a Modare ad Theodosium victoriae illius gloriam transferre studet.

p. 202 v. 18. secundum Ammianum (31 16), apud quem Gothorum in Asia per Iulium caesorum mentio fit, quamvis summatim, accurate tamen et suo loco facta, barbari non longe post Valentis casum, sed medio tempore inter eius mortem et Theodosii imperium susceptum ad internecionem deleti sunt (cf. Tillemont. t. 5 p. 714 not. 11). itaque Theodosio rem nuntiare Iulius non potuit, quemadmodum a Zosimo (p. 203 16 sqq.) memoriae proditum est.

p. 203 v. 5. *Magister militiae* ab Ammiano vocatur.

p. 204 v. 3. Ammianus: *datis tectioribus literis ad eorum rectores Romanos omnes.*

p. 204 v. 7. Ammianus: *exspectatione promissi stipendii securos ad suburbana productos.*

ib. v. 17. Ammianus: *quo consilio prudenti sine strepitu vel mora completo, orientales provinciae discriminibus ereptae sunt magnis.*

ib. v. 21. facilem accessum ad Theodosium fuisse testatur etiam Themist. or. 15 p. 190, Pacat. Paneg. c. 17 et 21.

p. 205 v. 1. *Magistrorum militum,* duobus a Constantino institutis, numerum filii ipsius auxerunt. nam quattuor per regnum eorum apud Ammianum (16 7 ibi Valesius) occurrunt. in Occidente perpetuo bini fuerant, in Oriente ad quinos. in Notitia utriusque imperii magistrorum militum nomina et dignitates ita indicantur: I. *Magister militum in praesenti,* qui legiones palatinas VI habebat, vexillationes palatinas equitum V, vexillationes comitatenses equit. VII, auxilia palatina XVIII. II. *Magister militum in praesenti,* qui legiones palatinas VI, vexillationes comitatenses VI, legiones palatinas VI, auxilia palatina XVII. III. *Magister militum per Orientem,* qui vexillationes comitatenses VI, legiones comitatenses IX, pseudo-comitatenses X. IV. *Magister militum per Thracias,* qui legiones comitatenses XXI, vexillationes palatinas equitum III, vexillationes comitatenses equit. IV. V. *Magister militum per Illyricum,* qui legiones comitatenses VIII, legiones pseudo-comitatenses IX, legionem palatinam I, auxilia palatina VI. vid. Pancirolli ad Not. Dign. utriusque imperii in Thes. Graev. t. 7.

ib. v. 15. δαπάνην. vid. c. 33.

p. 206 v. 5. ut ab imperatore crimen magistratuum pretio venditorum amoliantur, ad Symmachum l. 3 ep. 81 provocant, qui in magistratibus constituendis severum eius iudicium laudat. ea vero cum in epistola ad Rufinum, cui fratrem commendatum cupiebat, scripta sint, non magis fidem habent quam quae ex Pacati Panegyrico c. 17 laudantur, quaeque pro lubitu etiam in contraria trahi posse videntur. maior est fides penes Chrysostomum (or. 16 ad pop. Antiochenum t. 2 p. 164 ed. Bened.), qui cum Zosimo conspirat: ἐκεῖναι μὲν γὰρ αἱ ἀρχαὶ οὐ πάντων εἰσὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς ἀποδείξεις· χρημάτων γάρ εἰσιν ὠνηταὶ καὶ φίλων κολακείαις γίνονται. cf. tit. c. Th. ad leg. Iul. de ambitu.

ib. v. 8. cf. l. 13 c. Th. de suscept. et ibi Comm. provinciis numulariorum quaestui committendis cum iam a superioribus datum sit imperatoribus exemplum (nam Valentinianum Ammianus 30 9 laudat, *quod provincias venales non habuerit*), ea res nova atque insolens haberi non debet.

ib. v. 12. copiarum admodum exiguum numerum sub Theodosio fuisse, etsi Themistius a Theodosio maiores copias quam unquam habuerit orbis Romanus habitas fuisse pronuntiat,

non sine fide traditum habebitur, dummodo utriusque testimonium de diversis temporibus intelligatur. multitudinem enim militum postmodum magnopere auctam fuisse vel ipse *Zosimus* (c. 30) exponit accuratissime.

p. 206 v. 14. huc pertinet locus Libanii (orat. ad Antiochenos p. 18 ed. Morell.), in quo fortunam divitum olim familiarum deplorat, quae ita ipsius aetate opibus erant destitutae ut ad penuriam omnium rerum egestatemque redactae essent.

p. 207 v. 4. vid. Comm. ad l. 7 c. Th. de pagan. habuerunt enim gentiles sub Theodosio annis 379 et 380 adhuc potestatem adeundi templa, quae adempta iis a. 381. vid. infra c. 33 in fin. *Ritter.*

ib. v. 6. etiam Synesius (de regno p. 21 seqq.) auctor est, adscriptam militum numeris a Theodosio barbarorum colluviem esse, civesque vacationis a militia commodum pretio sibi comparasse; quae quidem collatio alendo barbaro militi, quandoquidem ad stipendiorum necessitates ne religione quidem sacrisque templorum imperator abstinuit (Zosim. 4 59), haud suffecisse videtur. quicquid postea hostibus oppositum roboris, barbarorum magis quam Romanorum fuit. in bellis adversus Maximum et Eugenium tyrannos, Gothorum plus quam viginti milia stipendia fecerunt (Iornandes de reb. Get. c. 28. cf. Zosim. 4 45 et 57); Cpolim ingens barbarorum multitudo deducta (Themist. or. 18), et Pannoniae urbes, *populationibus iamdudum evacuatae, a militantibus sub Theodosio Scythis impletae sunt* (Pacat. Paneg. c. 32).

p. 209 v. 10. in explicando eo bello quo barbari per tres annos provincias populando Romanas vexarunt, Zosimus copiosus quidem, sed non satis diligens fuit; quippe tempora, quibus quaelibet res gesta sit, notare et incursiones suo ordine memorare neglexit. inde factum est ut ex omni narratione eius nihil amplius liquido constet, quam quod Theodosius, antequam Gratiani auxilio adiutus esset, modo victor modo victus fuit, ope vero Gratiani barbaros fusos finibus expulit; quibus rebus nec ceteri refragantur scriptores.

p. 210 v. 4. sine praesidio et tutela urbem Thessalonicam et regionem circumiacentem fuisse Ambrosius testatur ep. 22.

ib. v. 24. *θρίαμβον ἐκτελῶν.* haec etsi invidiose, ut quibusdam visum, in imperatorem Christianum dicta non sint, certe tamen cum temporum ratione haud convenienter exposita sunt. ab aliis enim (Philostorg. 9 19) memoriae proditum est, profligato iam bello, de barbaris ad Sirmium superatis triumphatum esse.

p. 211 v. 2. *συνεκτείνων δὲ τῷ τῆς πόλεως μεγέθει τὴν τῆς τροφῆς ἀμετρίαν*, h. e. *tanto maiore luxu nunc usus, quo maior esset urbs, in quam se contulerat;* sc. cum in exigua urbe exi-

quae profusionis opportunitates et copiae sunt. non probo acumen scriptoris; hunc tamen in sensum verba esse dicta manifestum fit. nec paullo ante θρίαμβον ἐπιτελῶν de vero triumpho accipiendum est; agitur de ingressu in urbem Cpolim Novemb. a. 380. itaque nec tempora permutasse Zosimus videri debet. omnino illius, aut potius scriptoris, quem ille sequitur, auctoritatem in Theodosii rebus nolim equidem prorsus elevandam ac spernendam habere. quae enim de corruptelis aulae et imperii memorantur, cum rerum conditione nimium conveniunt, quae aut tum fuit aut sub filiis Honorio et Arcadio insecuta est. quorum enim malorum hic excrevit seges, iacta erant semina iam superioribus Theodosii temporibus. quo magis miror acutissimum virum, Gibbonum, tanta in eum indulgentia uti. *H.*

p. 211 v. 18. cum detrimento rei publicae imperator Gothos, postquam nomen eorum delere frustra tentarat, oblata per Saturninum ultro pace in fines imperii recepit, agrosque eis in Moesia et Dacia ripensi assignavit. Synesius de regno p. 25.

ib. v. 21. vitae luxuriis ac voluptatibus deditae notam a Theodosio neque Victor, legem memorans ministeria lasciva psaltriasque comissationibus adhiberi prohibentem, neque Pacatus, mensae imperialis impensas dicens imminutas iussu imperatoris esse, amovebunt, neque contra Zosimi (c. 28, c. 41, c. 50) et Philostorgii (11 2) luxuriem Theodosii reprehendentium auctoritatem continentiae laudem vindicabunt. quanta enim in laude Panegyrici, aut in lege aliorum luxuriis modum statuente, inesse potest vis ad abstinentiam imperatoris et alienum a libidinibus et voluptuosa vita animum demonstrandum?

p. 212 v. 7. τὰ θεῶν ἔδη (ut pro εἴδη legendum esse diximus). primum sacrificia fieri et intrari templa adorandi numinis causa interdictum; mox haruspicia etiam institui prohibitum. templa sine iussu imperatoris demolitus est plebis et militum a monachis concitatus furor (Liban. or. pro templ. gent. non excind.).

ib. v. 14. res ea eget luce ex aliis scriptoribus affundenda. Gothi ducibus Fritigerno Allotho et Saphrace, quos Germanorum Zosimus ductores nimis lato vocabulo facit, cum post Valentis obitum a Cpoli ad usque Alpes Iulias praedando vagati, a Theodosio anno 379 repulsi, et traiecto Istro ad suos redire coacti essent, eo aegrotante divisa bifariam multitudine flumen iterum transierunt, ita ut Fritigernus ad Thessaliam Epirum et Achaiam praedandam digrederetur, reliqui cum Alatheo et Saphrace Pannoniam peterent. Gratianus, cognita re, e Galliis, quo tumultus Vandalici causa erat cum copiis profectus, motus hostiles, demulcendo animos muneribus potius quam armorum vi cogendo, sedavit, factamque pacem Theodosius, postquam convaluerat,

ratam habuit. Iornandes de reb. Get. c. 27. cf. Sozomen. 8 4, Socrat. 5 6, Idat. ad a. 379.

p. 212 v. 18. Moesiam et Pannoniam si cum Tillemontio (t. 5 p. 729 not. 8) aut Valentiniani aut Theodosii fuisse credere velimus, non idcirco tamen alterutrius potestati eas subtractas a Gratiano et barbaris in dicionem traditas statuere licet; sed transeundi modo per illas ad Istrum traiiciendum, quo maturius ab eorum vexationibus liberaretur, copiam eis esse factam. Zosimus quidem illas provincias Gratiani dicere videtur (c. 30).

p. 213 v. 3. cf. Ammianus 27 5.

ib. v. 18. Σκύρους. de *Seirris* loquitur, qui ab extremis Vistulae ripis processerant. *Carpodacas* probabile fit, esse Carpos Daciam incolentes. *H.*

p. 214 v. 4. hanc barbarorum, qui *Odotheo* duce Istrum traiecerant, internecionem a. 383 factam pro eadem haberi video cum altera in a. 386 referenda, quo Honorius primo Consul fuit, c. 38 memorata. sane utriusque auctor Promotus, et ratio utriusque haud absimilis, inprimis si Claudianum audimus, etiam in altera hac Odotheum et Greuthingos commemorantem, de 4 cos. Honor. 623 sqq. potuit tamen Odotheus bis Istri transitum tentare et bis cladem accipere. altera tamen clades a. 386 multo illustrior est, cum et Theodosius de ea triumphum egerit et Columnae Theodosianae argumentum ad eam referatur. mox v. 21 νικωμένους non erat tentandum*): nihil frequentius, quam νικᾶσθαι θυμῷ, ὀργῇ, et aliis animi affectibus ἡττᾶσθαι. *H.*

ib. v. 13. id etiam imperatorem apud milites in contemptum adduxit, quod ludicra levia et inania potiora quam rei militaris curam habebat. cf. Ammian. 31 10.

ib. v. 21. nihil in his quod a probabilitate abhorreat aut fidem Zosimi labefactare possit. interim Sulpicius Severus (Dialog. 2 7) et Orosius (7 34), consilio et culpa seditionis a Maximo aversa, non cupiditate regni eum ad tyrannidem occupandam stimulatum, sed vi militum adactum fuisse narrant.

ib. v. 22. Hispanum natione fuisse diserte notat Zosimus, ut errent qui Britannum faciunt. Socrates quidem (5 11) Μάξιμος ἐκ τῶν περὶ τὰς Βρεττανίας μερῶν ἐπανέστη τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, sed ex his verbis non intelligitur eum ex Britannia oriundum esse, sed inde rem Romanam invasisse. *Barthius.* observatum est idem a Tillemontio. *Ritterus* addit Maximorum familiam Romae fuisse, in quibus erat is qui Valentinianum A. occidit, et senator de quo Procop. Goth. 1 25 et luculenter Vandal. 1 4.

p. 215 v. 21. Lugduni in Gallia, non Singiduni in Moesia imperatorem a suis desertum et ab hostibus captum caesumque esse docet cum aliis inprimis Ambrosius, cui cum rei ex pro-

*) Reitemeierus volebat κινουμένους.

pinquo verius comperiendae copia fuerit, fides habenda potissimum. neque Zosimi verbis emendatio, quam proposuit *de la Bastie* (Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 15 p. 81), ut ἐν *Λουγδούνῳ* pro *Σιγιδούνῳ* scribatur, etsi pronus in istis nominibus lapsus et a scribarum oscitantia haud alienus videtur, ullam afferre potest medelam, quia fuga per Rhaetiam Noricum Pannoniam et Moesiam facta manifeste repugnet.

p. 216 v. 1. vid. ad hoc caput leg. 7 c. Th. de ins. his quae sub tyrannis. *Ritter.* plura in hoc capite indocte *de Pontificum origine* et sacerdotio tradita sunt; intacta a cl. interprete relicta, quia, puto, in oculos incurrunt. ceterum *de Pontificatu maximo imperatorum* multa sunt disputata. v. Pagi ad a. 312. Bosii Diss. in t. 5 Thes. Graev. et al. praeter numum in notis ad v. 22 e Spanhemio notatum exstat unus et alter cum epigraphe P. M. ap. Bandur. Numism. t. 2 p. 246, 247 add. p. 298 col. 2. *H.*

ib. v. 11. aliam etymologiam tradunt Dionysius Halicarnasseus 2 132 et Varro de l. l. 4, ex eo pontifices dictos esse, *quod ab iis sublicius pons et factus primum et restitutus saepe, cum sacra et uls et cis Tiberim non mediocriter fierent.* itaque si verbum verbo reddendum est, pontifices sunt γεφυροποιοί. *Sylburg.* unde Zosimus vana haec et absurda de pontificum origine hauserit, nemo dixerit. simulacra prima in Thessalia fuisse confecta, hominum fortasse exstitit opinio seriorum aetatum. ex Thessalia sane migrasse narrantur Pelasgi, qui inter Aborigines sedes obtinuerant. Gephyraeos novit antiquitas (v. Herodot.), sed ab his a Zosimo nominatis haud dubie alienos.

ib. v. 22. et Constantinum, iam tum vere Christianum, et Valentinianum cum Valente pontificis mox titulo usos esse ex inscriptionibus constat apud Gruterum et alios. *Cellar.* in numo Constantini istum titulum vidit Spanhemius Diss. num. t. 2 p. 415.

p. 217 v. 4. inique hoc ab nonnullis in dubium vocatum; quorum dubitationibus dispellendis operam dederunt I. A. *Bosius* diatriba de pontificatu max. imperatorum R. Christian. (in Thes. Graev. t. 5) et *de la Bastie* du souverain pontificat des empereurs Romains (Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 15 p. 75 seqq.).

ib. v. 11. spectat haec Theodosii simulata in Maximum observantia ad a. 384, ut adeo *Cynegii* profectio in Aegyptum non multo serior esse possit. data est ad eum l. 9 c. Th. de Paganis a. 385, qua extispicina interdicitur. ex Zosimo insuper discitur, ei mandatum fuisse, ut templa per Orientem, Aegyptum et Alexandriam occluderet. *H.*

ib. v. 21. teste Pacato (Panegyr. c. 43) Maximus cum arte simul suae rei consultum vellet, omnia quae ageret auctoritate geri Theodosii fraudulenter militibus persuasit, quo facto videtur non milites modo, ut in fide manerent et ad bellum enixius operam navarent, sed historicos etiam decepisse, ut ei a

Theodosio ius regni factum crederent, cui rei imperator ipse, imaginum honore sibi Maximum aequando, multum adiecerat fidei.

p. 218 v. 2. l. 9 c. Th. de paganis haec illustrabit. *Ritter*. de Cynegio vid. Prosopogr. c. Th.

ib. v. 5. vid. Comm. l. un. de his qui ad statuas confugiunt. *Ritter*.

ib. v. 14. observante Lindenbrogio ad Ammianum 27 11 Prothingi apud alios audiunt Gruthingi, Greuthingi, Gothunni, Gautunni, Trutungi, Vithungi. in tanta scripturae huius nominis diversitate si quis aut *Προθίγγους* retinere, aut, ut ad vulgare nomen magis Zosimi scriptura attemperetur, cum Salmasio (ad Vopisci Probum c. 18) *Γροθίγγους* emendare malit, neutiquam male agere videtur. etsi enim hoc, quod Zosimus eam gentem esse ait antea plane incognitam, in Grothingos, gentem longe ante notam, non quadrat, poterit tamen erroris ratio facile declarari. initio enim capitis 35, ubi gentis, cuius nomen non editum est, incursio in fines Romanos facta memoratur, barbari eam fecisse dicuntur non modo qui Istri accolae erant, sed alii quoque, quorum sedes longinquae erant et ignotae. commixtionem eam barbarorum et cognitorum et obscurorum Zosimo fuisse fraudi suspicamur, ut Grothingorum, gentis Gothicae satis notae, nomen barbaris nondum auditis et incursionis sociis attribueret. *R.* *Προθίγγους* expungendos et *Γροθόγγους* esse refingendos dubitari nequit. sunt *Greuthingi*, qui ex Ostrogothis fuere. quod omnibus cis Istrum habitantibus barbaris, qui et ipsi Gothi erant, nomen antea inauditum fuisse dicitur, pro horum temporum fama dictum videtur. sane si Greuthingi iidem sunt qui Iuthungi Gothunni et multis aliis modis scribuntur, iam Claudii II illi et mox Aureliani temporibus in notitiam venerant. *H.*

p. 219 v. 22. ne nimis obscura sit narratio cladis huius Greuthingis in Istro illatae, monendum est navibus secundum litus inter se colligatis, triplici earum ordine facto, interclusisse Promotum traiicientes barbaros ab litoris aditu. ad eosdem spectant p. 220 16 *τὰ εἰς μῆκος συνηγμένα πλοῖα:* nam ita legendum esse pro putido *συγμένοις* nolim dubitare. observandum porro *τοῖς δὲ λοιποῖς ἁπάντων* esse pro *σὺν τοῖς λ.* *cum alia parte navium occurrit* hostibus. sic et mox *ταῖς τε ναυσὶ μεγάλαις* pro *σὺν τ.* porro *τοὺς ταῖς ναυσὶ περιπλέοντας διαφυγόντα*, leg. *παραπλέοντας:* nam sunt triremes, quae remigio concitatae erant. quae vero sequuntur, ad alterum Istri litus spectare debent, unde discesserant, quod nando cum petiisset pars, periere *τοῖς περὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ ποταμοῦ παροῖς ἐμπεσόντες.* quid in *τοῖς παλτοῖς* lateat, non assequor. exspectabam cautes, scopulos acutos, qui-

bus affliguntur. an excidit vox: τοῖς περὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ ποταμοῦ παρατείνουσι σκοπέλοις? *H.*

p. 221 v. 4. si Claudiano poetae fides sit (de 4 cons. Honorii 633), Theodosium proelii periculum ipsum adiisse credendum est. sed poetam adulationis et historicum invidiae suspicio premit. de Gruthungis Theodosius cum Arcadio filio triumphum egit (Idat. et Marcellin. Chron. ad a. 386), et hic patri in huius victoriae memoriam Cpoli columnam posuit. vid. *Gyllius* topogr. Cpol. 4 7. monente *Rittero* bello Grothingico data l. 22 de annon. et trib. l. 113 de decur. ubi Godofredus et huius belli meminerit.

ib. v. 13. Scythia haec Thraciae provincia fuit, quod etiam ex Festi Rufi breviario c. 9 et Notit. imp. Orient. constat. *Cellar.* cf. inf. 5 10 fin.

p. 222 v. 20. vid. l. 1 c. Th. de his qui ad eccles. confug. *Ritter.* in hac de Gerontio narratione ab historiae, quae res imperii Romani exponere debebat, dignitate tam aliena, Zosimi iudicium et artem admodum desidero. in antecedentibus nonnulla vix satis assequor. *H.*

p. 223 v. 21. seditionem Antiochenorum a duobus oratoribus, Libanio et Io. Chrysostomo, qui tempore turbarum motarum utrique in urbe praesentes erant, expositam habemus. subiiciente *Rittero* ad huno locum pertinent ea quae ex Io. Antiocheno in Excerpt. Vales. p. 851 de Theodosio Iun. recensentur, cum de maiore intelligenda sint; videntur ea ex Chrysostomi homiliis de Statuis desumpta, in quarum una plane eadem occurrit imperatoris sententia. cf. l. un. ff. quis imper. maledixit.

p. 224 v. 7. missum esse aliquem Cpolim, qui iram imperatoris leniret, nuspiam in oratione Libanii (or. 14 p. 389) legimus, sed Hellebichum et Caesarium in seditionis auctores inquirere iussos venisse Antiochiam et causa cognita noxios in vincula duxisse, quibus delicti mox ab imperatore data venia est. ceterum hic locus argumento erit orationem illam Libanii, quam alii in declamationum numero ponendam existimant, a Zosimo pro vera tamen et genuina fuisse habitam; etsi tam diversa a Libanio tradit, ut eam ne inspexisse quidem videatur.

ib. v. 13. vid. Comm. ad l. 3 de prostasia et not. d ad l. 55 de decur. *Ritter.* cf. Boissonad. Eunap. 1 p. 565 med.

ib. v. 15. provinciarum, in quas divisa Palaestina erat, prima consularis, secunda et tertia praesidiales fuerunt. vid. Notit. imperii tit. 7 p. 1626 Thes. Graev.

p. 226 v. 18. ὡς εἴρηταί μοι πρότερον. v. supr. 4 19 in. *H.*

p. 227 v. 12. reprehendunt Zosimum, quod mores contrarios in eodem homine tradat; etenim Theodosium, cum adversus tyrannum occulte bellum pararet, ambitiosum et alacrem, hic autem, in vindictae sumendae opportunitate, ignavum et ut

labores bellique pericula aversantem perhiberi. potest ita res se habere, ut Zosimus iusto iniquior in Theodosium sit, potest etiam excusari illa contradictio partim morum in Theodosio vicissitudine, infra exposita, tum mutato rerum statu; quippe cum Italia amissa esset, ei in belli civilis graviore mole periclitandum erat. legatio ad Theodosium missa, expositis iis quae a Maximo mandata erant, reversa domum neque spem neque repulsam tulit.

p. 228 v. 13. firmat Zosimi fidem testimonium Claudiani; et Tillemontius nihil agit, qui a Theodosio amoris flagrantis vim quasi maculam pietatis in eo celebratae amovere et abstergere studet, et levi subnixus argumento, ad annum priorem nuptias eius refert.

ib. v. 20. τεθνεώς. anno 388. vid. Idatius et Gothofr. ad l. 9 de pagan. *Ritter*.

ib. atqui exstant ad Cynegium pr. pr. lex 23 c. Th. de suscept. praepos. et arcariis coss. Timasio et Promoto, 4 Kal. Decembris, et l. 5 c. Th. *tributa in ipsis speciebus inferenda esse* 15 Kal. Ian. iisdem coss. unde quia ad Tatianum iisdem coss. lex 17 c. Th. de haeret. 3 Non. Maii, lex 9 *de falsa moneta* 5 Kal. Iulii, lex 6 *de quaestion*. 8 Id. Sept., et l. 120 *de decurionib.* 16 Kal. Ian. datae sunt, etiamnum vivo Cynegio lectum fuisse praef. pr. Tatianum colligitur. quid? quod anno praecedente Theodosio II et Cynegio coss. ad eundem sit lex 2 c. Th. *de Fabricensibus,* 15 Kal. Nov. et coss. Honorio N. P. et Euodio, anno 386 l. 16 c. Th. de accusat. et inscript. *Reinesius*. haec observatio Reinesii male se habet et confusa sunt tempora. vid. etiam Comm. ad l. 16 c. Th. de haeret. *Ritter*.

p. 229 v. 1. vid. l. 15 de quaest., l. 119 de decur., l. 19 de extraord., et inprimis Comm. ad l. 2 c. Th. de his qui super religion. de hoc Tatiano Lycia oriundo agit integra lex 9 c. Th. de indulg. crim., quomodo quidem interpretatus est Gothofr. sed quem hallucinatum esse scribit et probat Pagi. *Ritter*.

ib. v. 2. nempe comes S. L. quando data est ad eum lex 1 c. Th. de Fabricens. et l. 8 de fals. mon. *Reinesius*.

ib. v. 3. τῇ πατρίδι. indubitate haec ad Aquileiam spectant. quoniam autem Tatiano patria non Aquileia sed aut Lycia aut Thessalonica fuit, pro Ἀκυληΐας visum est Pagio melius rescribi Θεσσαλονίκης. equidem vocem Λυκίας ut permutationi cum Ἀκυλητας faciendae propiorem substitui malim. cf. Tillemont. t. 5 p. 761 not. 50.

ib. v. 4. de Proclo vid. l. 9 c. de annon. civ. *Ritter*. cf. Prosopogr. c. Th.

p. 230 v. 7. Theodosium ipsum mari Italiam petiturum esse hosti opinio fuit. Oros. 7 35.

ib. v. 11. pugna ad Aemonam Pannoniae facta, Maximo,

qui victus fuga evadere et Aquileiae moenibus se tutari quaerebat, Theodosius instabat. cf. Pacatus Paneg. c. 30 seqq. Oros. 7 35, et Socrates 5 14 ex quibus historia huius belli suppleri potest.

p. 230 v. 22. huc pertinent fragmenta historici veteris, quae servat liber 2 Gregorii Turonensis. *Ritter*.

ib. 23. apud Victor. ep. et in numis et inscriptionibus Augusti nomen gerit.

p. 231 v. 3. his addi potest, quod in Sicilia superatae sunt copiae Maximi (Ambros. ep. 17), et quod victoria sua Theodosius moderate usus est (Paneg. Pacati l. c.). de morte Andragathii cf. Claudian. in 4 cons. Honorii. Oros. 7 35, Socrat. 5 14.

ib. v. 11. rebus Occidentis pacatis ordinatisque Theodosius, postquam tres annos erat Mediolani commoratus, in Orientem reversus est.

ib. v. 13. eo ipso tempore Iustina morte decessit. Rufin. 2 17. cf. Sozom. 7 14.

ib. v. 21. *Μακεδόνων*. vid. l. 2 c. Th. ad leg. Corn. de sicar. *Ritter*.

p. 236 v. 15. cadunt igitur haec gesta in a. 391: nam consul Rufinus a. 392. mox p. 237 14 τὴν ἐπὶ θανάτῳ subint. ὁδόν, πορείαν. et quod sequitur, σχολαίτερον ἀπιὼν ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν, transitive dictum puto ἔφθασε pro ἐποίησε φθάνειν πεσοῦσαν.

p. 236 v. 18. sequentia illustrant leges 1 de peculat. et l. 12 et 13 de bon. proscr. et 9 de indulgent. crimin. vide ibi comm. Godofr. adde l. un. de possessione ab eo qui bis, ibique not. b. *Ritter*.

ib. v. 24. ob Lyciam male administratam vel in Lycia aliquid delictum in ius tractum fuisse apparet e lege 9 c. Th. de indulg. crim. impp. Arcadio et Honorio, coss. iisdem. *Reinesius*. legem dictam aliter interpretatur Iac. Godofredus commentar. in Theod. cod. nempe Lyciam infamatam fuisse propter damnatum civem Lycium, Tatianum, cuius summa culpa fuerit, ut ipsius legis verba habent, *temporalis offensio deterrimi iudicis inimici*, id est Rufini. *Cellar*.

p. 237 v. 11. Aquileiae scilicet, ut ex cap. 45 apparuit; sed anno 392 coss. Arcadio et Rufino usque ad mensem Iulium fuit in officio. exstat enim l. 127 c. Th. de decurionib. ab impp. Theodos. Arcad. et Honorio data, coss. Arcadio A. II et Rufino, prid. Kal. Iul. Cpol. *Reinesius*. sed vid. not. ad p. 229 3.

ib. v. 14. suburbium hoc *Peram* (quasi *Περαίαν* seu *πέρας κόλπου*) et *Galatam* vocant. est vero trans sinum qui *Κέρας* dicitur. *Leunclavius*.

p. 238 v. 1. in describendis Arbogastis moribus scriptores

in diversa abeunt. Suidas h. v. eum laudibus effert, Orosius 7 35 et Socrates 5 25 reprehendunt; quem dissensum morum bonorum pravorumque consortio in uno eodemque homine haud infrequenter observato attribuere oportet.

p. 238 v. 5. ὅσα μὴ καλῶς. cf. Sozom. 7 22.

ib. v. 11. γράμματα, quae Libanius γραμματεῖα, Sozomenus et Synesius διατάγματα, Ammianus *literas* vocat, sunt codicilli, iis quibus magistratus aut provincia conferretur ab imperatoribus dati.

ib. v. 22. auctor Hist. Miscellae 13 11: *grammaticus quidam nomine Eugenius, literarum Latinarum doctor, relinquens scholas in palatio militabat, eratque imperatoris Valentiniani antigraphus et propter eloquentiam a multis honoratus. Cellar.* a Socrate etiam appellatur Eugenius ἀντιγραφεὺς τοῦ βασιλέως.

p. 239 v. 1. de *Richomere* cf. Prosopogr. c. Th.

ib. v. 17. cum ea res non in hominum oculis facta, cumque, ne scelus emanaret, occultata esset, varia inde fama diversaeque narrationes ortae sunt. Socrates 5 25 et Sozomenus 7 22 ab eunuchis imperatorem dormientem, spiritus via interclusa, interemptum tradunt; Philostorgius 9 1, Orosius 7 35 et Rufinus 2 31, licet in nonnullis rebus discrepent, in eo tamen consentiunt, Valentiniano suffocatione interfecto, quasi ipse sibi manus intulisset, famam in vulgus sparsam esse. cf. Godofred. ad Philostorgium l. c.

p. 241 v. 3. quae de rixa et caede principum barbarorum in imperatoris aula Eunapius scripserat, in Excerptis de Legat. servata adhuc exstant.

ib. v. 6. Eunapius l. c. ὅμως καὶ ὁ βασιλεὺς τιμῶν οὐκ ἤλεγεν, ἀλλ' ὁμοτραπέζους εἶχε καὶ ὁμοσκήνους καὶ πολύ τι φιλόδωρον εἰς αὐτοὺς ἦν.

p. 242 v. 10. Eugenio tyrannide deiecto totius exercitus dux factus est Stilicho. vid. Zosim. 5 4.

ib. Σερήνῃ. uxor Stilichonis. vid. Olympiodor. ap. Photium.

ib. v. 12. de Gaina Palladius p. 52 t. 13 opp. Chrysost. *Ritter.*

ib. v. 14. in laude Bacurii cum Zosimo convenit Rufinus (2 33), ex Iberia vero eum oriundum scribit.

ib. v. 19. ἐπ' ἤματι. vid. l. 4 c. Th. de haeret. et ibi comm. *Ritter.*

p. 243 v. 5. Honorium a patre ut socium belli in Italiam ductum esse, etsi Marcellinus in Chronico cum Zosimo tradat, id tamen et pluribus validioribusque testimoniis Claudiani (in 3 consul. Honorii 78 seqq.), Rufini (2 c. ult.), Sozomeni (4 c. ult.) et Philostorgii (11 2) refutatur, qui serius nec nisi pugna cum Eugenio facta eum arcessitum testantur.

p. 243 v. 13. cum primo die adversa fortuna ad noctem usque dimicatum esset, nocte subsecuta Theodosius parte barbarorum cum Arbogaste ad occupanda idonea loca missorum ad se deficiente, mox pugna facta turbine fortuito adiutus victoriam reportat. vid. Ambrosius (ep. 62), Claudianus (in 3 cons. Honor. 63 seqq. et in 4 cons. Honor. 69 seqq.), Orosius (7 35).

ib. v. 14. sunt in his nonnulla ab aliorum fide aliena et propterea in invidiam auctoris versa. de defectu solis alii tacent, sed tempestatem narrant; quae ingenti ventorum vi coorta, neo vero primo sed altero die, ubi secundum confligebatur, hostes Theodosii ita vexavit ac turbavit ut facile ipse superior evaderet. solis autem eclipsis iam priore anno, quemadmodum a Marcellino adnotatum est, ingens fuit; anno 394 vero, quo bellum illud gestum, paulum modo et ut in Asia sentiri posset, sol defecit die 16 Aprilis hora vespertina, sequente anno 395 toto orbe ad centrum usque die 16 Aprilis hora matutina. vid. *Chronologie des Eclipses par Mr. Pingré,* à Paris 1766 fol.

p. 244 v. 12. ad hoc caput pertinet lex 9 c. Th. de infirm. his, quae sub tyrann. l. 11. 12 eius tit. et l. 9 de desertor. inprimis sequentia capita hinc lucem accipiunt. *Ritter.* non omnia congruunt quae de proeliis commissis et victoria parta tradiderunt Ambrosius (div. 3), Sozomenus (7 24), Socrates (5 25), Orosius (7 35), Theodoretus (5 24), Rufinus (2 33).

p. 245 v. 3. ad h. l. cf. lib. 5 38 p. 301 11 seqq. paulo ante senatus non in animum inducit *συνενεχθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν;* nec aliter Suidas in Θεοδόσιος. ut adeo sit dictum *ἀποκλίνειν περὶ τὴν καταφρόνησιν*, quod debebat esse *εἰς* vel *ἐπὶ τὴν καταφρόνησιν τῶν θεῶν.* in seqq. aliqua luxatio verbis insidet: non enim cohaerent *τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας — εἰπόντων — ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια — γέγονε*, etsi nec aliter Suidas legit. ut medela fiat, tollendum arbitror *δὲ* ab initio, ut verba *τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας* iungantur cum superioribus; et mox interpungendum post *ὄντος*, ut sententiarum ordo sit: *τότε δὴ ὁ Θεοδόσιος τὸ δ. ἔλεγε — χρημάτων, τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μὴ δημοσίου τοῦ δαπανήματος ὄντος. διὰ τοῦτό τε* (l. *δὲ*) *τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος* (sunt verba scriptoris, non senatus) *καὶ τῶν α.* *H.*

p. 245 v. 4. non immerito mireris nullam a Zosimo factam esse memorationem de restituenda ara Victoriae in senatu Romae, quae res ad a. 384 spectat, libello a Symmacho praef. urb. Valentiniano oblato. v. eius Epistol. lib. 10 54.

p. 246 v. 5. non Romae sed Mediolani Honorius imperator factus est. vid. Pagi Crit. Baron. ad a. 395.

ib. v. 6. vertendum est *ἐπανιὼν* non *dum revertitur,* sed *dum reversurus erat* (ut lib. 2 c. 17 p. 82 5), quia non modo ceteri

scriptores, sed Zosimus ipse (p. 250 16) in Italia (et quidem Mediolani) Theodosium e vita excessisse scribit.

XI. DE ARCADIO ET HONORIO (l. 5 c. 1—25).

Libro quinto ingredimur historiam a Zosimo non perfunctorie et viae muniendae ad alia tantum causa, ut superior historia scripta fuit, sed pro consilio incepti primario summo cum studio ac cura dispositam et explicatam, in qua Eunapianae historiae postrema persecutus est, tanquam scriptoris qui res suae aetatis et sub oculis suis gestas scriberet. a suspicione in quam ob religionis studium tum Eunapius tum Zosimus a Christianis adductus fuit, in his historiis, quae iniquitati et sugillationi isti nullam opportunitatem praebent, immunis uterque esse debet. in rebus ipsis exponendis Eunapius, quantum ex Zosimo iudicare licet (nam ex ipsius historia nihil in fragmentis servatum est quod huc pertineat, et praeter locum in vita Maximi — vid. Comm. Hist. c. 5 — quaedam modo in Suida inde supersunt), ita versatus est ut historiam Orientis, quippe ad notitiam propiorem, accuratius enarraret, veluti nuptias Eudoxiae c. 3, Alarichi in Graeciam incursionem c. 5—8, caedem Rufini c. 7, Timasii Bargi, Abundantii c. 8—11, inprimis rebellionem Tribigildi c. 13—19 et Gainis c. 19—23, et concitatos ob Ioannem episcopum tumultus c. 23. 24. res vero in occidentali regno gestas parum diligenter tradidit, alias perturbate et confuse, ut rebellionem Gildonis c. 11, exposuit, alias male omisit, in quibus praeter res in Gallia et Britannia gestas praecipue Alarichi prima in Italiam descensio (vid. comm. ad c. 26 init.) ponenda est. alia omissione factum est ut inde ab anno 398 Zosimus historiam Occidentis omnino non attingeret, et per 12 annos tantum res in Oriente gestas explicaret. supplendis emendandisque iis quae desunt aut minus recte exposita sunt, possunt ad caput usque 19 maxime Claudiani carmina inservire, quae omnem fere huius temporis historiam Occidentis continent; praeterea ecclesiasticae historiae auctores Theodoretus, Socrates, Sozomenus, Philostorgius; passim quoque Orosius, Iornandes, Hieronymus, Frigeridus apud Gregorium Turonensem, Ioannes Antiochenus in Excerptis Valesianis et chronographi. rarior usus est Symmachi, Synesii, Chrysostomi et codicis Theodosiani.

p. 246 v. 8. vid. Comm. ad l. 3 ad legem Corn. de sicar. num. 11. adde Pagium in Critic. ad a. 395 init. t. 2, et Suidam ex Eunapio voc. Ῥουφῖνος. *Ritter*.

p. 247 v. 2. Rufini avaritiam notat quoque Symmachus (6 ep. 15), a quo praedo vocatur annosus. cf. Ioannes Antiochenus in Exc. Vales. p. 848.

p. 248 v. 2. comes Orientis, cui Antiochiae sedes erat, quindecim praeerat provinciis, consularibus quinque, Palaestinae, Phoeniciae, Syriae, Ciliciae, Cypro; praesidialibus octo, Palaestinae salutari, Palaestinae secundae, Phoeniciae Libani, Euphratensi, Syriae salutari, Osrhoënae, Mesopotamiae, Ciliciae secundae; duabus perfectissimorum, Arabiae et Isauriae. pertinebat ad eum cognitio appellationum ex his provinciis, correctio rectorum, et cura classis Seleuciae dictae. Notit. Imp. in Thes. Graev. t. 7 p. 1618.

ib. v. 3. de *comite Orientis* v. vel Gothofr. Notit. Dignitat. c. Th. p. 23 sq. *H.*

ib. v. 17. vid. de plumbatis multa apud Godofr. ad tit. de decur. et inprimis in Comm. ad l. 2 de quaestionibus. Ernesti de usu glossar. est diss. de plumbatis. *Ritter.*

p. 249 v. 10. Eudoxiam Baudonis, Franci genere, sub Gratiano ducis inclyti, filiam (Philostorgius 12 3), quam alii Gratiani filiam faciunt, ut Nicephorus testatur. Baronius a. 395, eumque secuti alii, Promoti neptem credidere ex Zosimi verbis male intellectis. Zosimus enim non ait eam unius ex Promoti filiis filiam fuisse, verum virginem apud unum ex filiis Promoti educatam. *Iac. Godofred.*

p. 249 v. 17. vid. Claudianus de Nuptiis Honorii et Mariae v. 24 ibi Barth.

p. 250 v. 12. cf. sup. 4 57.

ib. v. 22. cf. c. 34. Claudianus in Rufino 2 4:

iamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis
et rerum commissus apex; tibi credita fratrum
utraque maiestas geminaeque exercitus aulae.

cf. idem in 3 cons. Honor. 152.

p. 251 v. 2. vid. hic Comment. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 10 adde Symmachum ep. 6. 14. *Ritter.*

ib. v. 8. vid. Ammianus 27 9 ibi Valesius.

ib. v. 22. Zosimi mens ea esse videtur, Alarichum Romanis gravem fuisse priusquam a Rufino instigatus ad res novas movendas esset. Thraciam ab eo fuisse vastatam et direptam etiam Claudianus scribit (cf. Zosim. p. 252 2). quod vero Rufinus a Claudiano, Sozomeno (8 1) et Socrate (6 1) Hunnis, ut Orientem incursionibus vexarent, auctor exstitisse dicitur, id forsan minus Rufini culpa quam consuetudine horum barbarorum factum, in provincias Romanas sese effundentium. cf. Tillemont. t. 5 p. 425.

p. 252 v. 4. hoc loco poetae adeo diligentia historicum superat, et Zosimi narratio ex Claudiano supplenda corrigendaque est. — adversus Gothos, Rufini, ut credebatur, incitatu Moesiam ac Thraciam infestantes, cum Stilicho cum copiis profectus in Dalmatiam venisset, ab Arcadio iussus est non modo

copias, quas Theodosius expeditione in Eugenium suscepta in Italiam deportaverat, sibi remittere, sed ipse etiam consilio belli misso domum reverti. huic imperio obsecutus Stilicho milites, quo vellet imperator, ablegavit, et cum eis simul Gainam ducem misit, composito cum eo caedis consilio, ut Rufinum e medio tolleret. ea omnia unius anni spatio gesta sunt (395). inter haec cum Gothorum dux Alarichus arte Rufini excitus in Graeciam sine certamine descendisset eamque omni miseriae genere afflixisset, Stilicho re audita anno insequenti (396) cum copiis eo approperat expellitque virtute hostem, sed imprudentia seu socordia inclusum ex angustiis dimittit. a vero itaque Zosimus aberrat, quod copias non bis diversis temporibus sed semel tantum contra Alarichum ductas, et non Arcadii iussu sed, ut videtur, Stilichonis voluntate ultro remissas in Orientem tradit.

ib. in vita Maximi (p. 93 ed. Commelin.) Eunapius, huius irruptionis mentione iniecta, monachos ut viae per fauces Thermopylarum ferentis monstratores incusare videtur: *τοιαύτας αὐτῷ τὰς πύλας ἀπέδειξε τῆς Ἑλλάδος ἥ τε τῶν τὰ φαιὰ ἱμάτια ἐχόντων ἀκωλύτως προσπαρεισελθόντων ἀσέβεια καὶ ὁ τῶν ἱεροφαντικῶν θεσμῶν παραρραγεὶς νόμος καὶ σύνδεσμος.* Zosimus ea aut non reperisse in Eunapii historia, aut quae ipse de Rufini fraude scripsit, iis veriora iudicasse et auctorem suum emendasse videtur.

ib. v. 8. teste Socrate (7 10) barbarorum circa Peneum fluvium a Thessalis fere tria milia sunt caesa.

p. 253 v. 1. sacra Graeciae abolita et Eleusinia cessasse ea Alarichi impressione, auctor ipse Eunapius est (in vita Maximi l. c.). Claudianus in Rufin. 2 191: *nec fera Cecropias traxissent vincula matres,* cum Hieronymo ep. 3 conspirat, qui Athenienses cum Corinthiis et Lacedaemoniis eadem perpessos esse ait. quae quidem testimonia cum Zosimo, qui stetisse Athenas incolumes et a barbarorum rapinis intactas scribit, ita ad consensum redigi possunt, ut Attica tantum regio, salvis Athenis ipsis, hostilem iniuriam experta esse credatur. Philostorgius vero (12 2) Alarichum intrasse Athenas dicens ad Zosimi verba ita explicandus erit, ut hostium dux non cum copiis, et foedere ante composito, urbem ingressus sit. cf. mox c. 6 v. 11 seqq.

ib. v. 6. cum Christiani isto aevo nihil fere, quod memorabile esset, sine miraculo factum iactarent, tolerandum sane erat in gentilibus, si et illi sua *miracula* venditarent. *Athenen* quidem urbem tuitam esse nemo miretur, sed quid *Achilles* Atheniensium rebus se immiscuerit, non statim in aperto est, nisi memineris ea quae 4 18 de Nestorio hierophanta memorata sunt; induxerat ille somno monitus huius herois religionem. *H.*

p. 254 v. 7. *ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῇ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἁλώσει* potest videri argute dictum esse quasi *tota Graecia, capta*

etiam Sparta, in captivitatem abducta sit. sed videtur noster *ἀπάγεσθαι* usurpare pro *ferri, rapi, corripi.* ita fere inf. 13 6: *εἰς ἔσχατον κινδύνου τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἀπαγαγεῖν, in extremum discrimen adducere.*

p. 254 v. 15. cf. Claudian. in Rufini 2 293 sq. et Orosius 7 37.

ib. v. 18. Plin. 4 6: *montes in Arcadia Pholoe cum oppido* etc. *Cellar.*

ib. auctore Claudiano neglectae barbaros ad internecionem delendi opportunitatis culpa ad Stilichonem non pertinet, quoniam Arcadii imperio impeditus evadendi barbaris occasionem dedisse dicitur. verum ut haec sunt poetae laudibus Stilichonis studiosi et ob eandem causam suspecti, ita Zosimi, cuius in Stilichonis historia fides integerrima est, auctoritas potior erit.

p. 255 v. 6. ea copiarum in Orientem deportatio iam ante facta erat quam in Graeciam adversus Alarichum Stilicho exierat, et Rufini caedem (a. 395) serius quam facta est memorat noster. vide not. ad p. 252 4. cf. Socrat. 6 1 et Philostorg. 11 3. — Stilichoni haerenti in Gallia ac vacanti rebus cum barbaris componendis, quarum in Claudiano, nusquam in Zosimo mentio facta, nuntiati sunt Alarichi motus. vid. Claudian. de Stilich. 1 172 seqq. in 4 consul. Honorii 459 seqq.

ib. v. 20. de caede Rufini cf. Claudian. in Rufini 2 4 36.

ib. eandem rem commemorarunt Claudianus l. c. Philostorgius 11 3, et Hieronymus ep. 3, qui posterior ad verbum fere cum Zosimo conspirat: *Rufini caput pilo Cpolim gestatum est; et abscissa manus dextra, et dedecus insatiabilis avaritiae, ostiatim stipem mendicavit.*

p. 256 v. 6. vid. Comm. ad l. 3 cod. Th. ad legem Corn. de sicar. n. 11 it. l. 14 de bonis proscript. *Ritter.*

ib. v. 7. publicata bona Rufini esse et ex Symmacho (6 ep. 15) et lege 14 c. Theod. constat, qua lege bona illius, spretis eorum quos Rufini avaritia spoliaverat quique bona erepta repetebant postulationibus, fisco vindicata sunt. ad quam quidem legem si Zosimi verba explicanda essent, emendatio Tillemontii (t. 5 p. 429 2) pro *ἄξια* rescribi iubentis *ἀνάξια*, haud parum adiuvaretur. sensus tunc foret satis ad rem accommodatus: Eutropium, quae vilia in bonis Rufini essent, iis qui sua repeterent reliquisse, ea autem quae pretii alicuius essent, fisco seu potius sibi ipsi vindicasse. vox *ἑτέρους* tunc ad eos qui bona erepta sibi reddi peterent referenda erit. huc pertinet etiam locus Suidae v. *Εὐτρόπιος*, de Eunapio depromptus. *R.* *αὐτῶν* recipiendum erat: *τὰ ὁπωσοῦν ἄξια τῆς αὐτῶν κτήσεως νομιζόμενα, quae sibi quisque quocunque modo digna, cur possidenda expeteret, existimaret,* seu maioris seu minoris pretii res. Tillemontii interpretatio et lectio a sermonis ratione aliena est. *ἐνδιδοὺς καὶ ἑτέ-*

ρους — *ut et alii praeter se.* ceterum *Eutropius* Rufino non successit hactenus, ut pr. pr. Orientis fieret, nam in Rufini locum successit Caesarius. Eutropius factus est praepositus sacri cubiculi, anno vero 399 consul est renuntiatus. cf. inf. c. 17. *H.*

p. 256 v. 10. vid. de fuga ad eccles. l. 1 c. Th. de his qui ad ecclesiam confugiunt. *Ritter.*

ib. ad illas forte pertinent l. 15 c. Th. de bonis proscript. *Ritter.*

ib. v. 16. vid. l. 3 c. Th. ad leg. Corn. de sicar. n. 11. *Ritter.*

ib. v. 18. Suidas h. v: γαυρός τε ὢν ἀνὴρ καὶ ἀγέρωχος καὶ στρατείαις ὡμιληκώς. cf. Prosopogr. c. Th.

ib. supra (4 45) dicit Zosimus Cynegio in itinere mortuo Tatianum factum praef. pr. et Timasium pedestribus copiis praefectum fuisse per Orientem a Theodosio. coss. Honorio N. P. et Evodio est l. 5 c. Th. de sentent. ex periculo recit. impp. Valentin. Theodos. et Arcadio ad Timasium comit. et mag. equitum, h. e. anno Chr. 386. *Reinesius.*

ib. v. 20. vid. Sozomen. 8 7. *Ritter.*

p. 257 v. 12. hunc locum male urget Gutherius de off. domus Aug. lib. 1 c. 27 p. m. 137, quando consultationes ab Arcadio eversas putat, ideo refutatus a Gothofr. ad tit. de relationibus. *Ritter.*

p. 258 v. 10. dissensum inter Hieronymum, qui non Oasi sed Assae Timasium in exilio fuisse scribit, et Zosimum Sozomenumque, hac tollere interpretatione Tillemontius (t. 5 p. 773 not. 7) conatur, ut primum Assae illum exulem degisse, et postea exilii sede mutata Oasin deportatum fuisse statuat. fuit Ὄασις (*Alvahat* apud Arabas) duplex, maior et minor. vid. cel. *Michaelis* ad Abulfedae descr. Aegypti (p. 21—33), ubi veterum scriptorum de Oasi loquentium locis collectis addi potest locus Olympiodori (ap. Photium cod. 80), qui laudando regionis amoenitatem ac fertilitatem longe diversam ac Zosimus descriptionem eius dedit. Photio autem teste multa fabulosa de Oasi Olympiodorus scripsit. ad hunc locum *Ritterus* laudat l. un. c. Th. de Nili agger. et ibi Gothofr. et indicat Cuiacium de relegatione in Oasim et Gypsum observationem singularem habere. *R.* ad *Oasin* offenderunt viri docti, in his Reinesius apud Cellar. ad h. l. quod in Hieronymo *Assae* corrupte legebatur; sed v. loca laudd. in Prosopogr. c. Th. et a Rittero ad Guthr. t. 6 p. 186. porro Timasium ex exilio revocatum somniarunt, loco Suidae in Τιμάσιος male accepto, qui de tempore, quo in aulam arcessitus est, agit. *H.*

ib. de Timasii morte cf. Sozom. 8 7.

p. 259 v. 11. de Eutropio eiusque improbitate locus est ex Ioanne Antiocheno in Exc. Vales. p. 848. *Ritter.*

p. 259 v. 20. de Abundantio vid. l. 8 de Salgamo, l. 18 de erogat. mil. annon., l. 128 de decur. *Ritter.* cf. Claudian. in Eutrop. 1 154 seqq. v. Prosopogr. c. Th. h. v.

p. 260 v. 4. primum Pityunte exul fuit (Hieronymus ep. 3), postea Eutropio mortuo Sidonem ductus est, quemadmodum Tillemontius (t. 5 p. 435) rem explicat.

ib. v. 10. vid. comm. ad l. 3 c. Th. ad leg. Corn. de sicar. num. 9. *Ritter.*

ib. v. 11. cf. Claudian. de Stilich. 1. publicabantur Stilichonis bona, quae Cpoli habebat.

ib. v. 13. cf. Claudian. de bello Gildonico 280—324, in Eutrop. 1, de Stilich. 1, et Orosius 7 36. Gildo Firmi tyranni frater (4 16), quem ad imperium adspirantem ipse oppresserat, comes Africae constitutus erat. add. Symmach. 4 ep. 3.

ib. v. 19. parvam tantum manum in Africam ad bellum fuisse deportatam, tradunt Claudian. de Stilich. 1 314, Orosius 7 36. *Ritterus* laudat Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 10.

p. 261 v. 2. Gildo postquam fugam maritimam frustra tentaverat, captus et in carcerem ductus mortem sibi manu sua acceleravit. Claudian. de Stilich. 1 357. Orosius l. c.

ib. v. 12. vid. Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. circa fin. nam maxime probabile est hanc legem datam ideo, quia Eutropius capiti suo suorumque metuebat a Stilichone. huc Claudianus l. 2 in Eutrop. v. 500 facit. *Ritter.*

ib. v. 16. eandem rem observat etiam Ioannes Antiochenus in Excerpt. Valesianis p. 851. notat, indicante *Rittero*, hanc invidiosissimam vocem Gothofr. Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 11.

p. 262 v. 5. copiose quidem haec, multa tamen parum perspicue, Zosimus enarrat. cf. Claudian. in Eutrop. 2, Sozom. 8 4, Socrat. 6 6, Philostorg. 6 6.

p. 263 v. 2. hoc urget Gothofr. comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 11. *Ritter.*

p. 265 v. 15. Selgen (Laconum est colonia) *Πισιδίας πόλιν* dicit Stephanus Byzant., nec Strabo aliter lib. 12, nec lib. 5 5 Ptolemaeus; *δισμυριάνδρόν ποτε* fuisse Strabo addit, i. e. 20 milia habuisse civium. confines autem sunt Pisidia et Pamphylia, ut noster etiam docet infra v. 17. *Cellar.*

p. 267 v. 8. *Gainas* ad speciem et simulate haec agere putandus: nondum enim animi consilia aperuerat. ne tamen *Tribigildis* omnino opprimeretur, mittit barbarorum turmas ad Leontem cum mandatis arcanis. mox v. 20. *Ῥωμαίων παντί*, etiam sublato *καί*, sanum vix est, nec fidem praestabo coniecturae: *στρατῷ παντί.* *H.*

ib. v. 17. non Tribigildo, ut Tillemontius t. 5 p. 453 pu-

tat, sed Leonti a Gaina ea auxilia missa sunt, ut verba Zosimi aperte docent. loci vero obscuritatem hac interpretatione dispelli credimus. audito Tribigildi periculo Gainas, ut via sibi esset succurrendi illi et occultandi quam animo agitabat fraudem, Leontem hortatur ut cum exercitu, cui ipse praeerat, et auxiliis barbarorum, quae ei mittebat, adversus hostem proficiscatur. barbari Leontem comitantes ut auxiliares copiae, castris eius relictis, quemadmodum res composita fuerat, ad Tribigildum transfugiunt, et eo duce Romanos ipsos, quos modo fuga deseruerant, hostiliter adoriuntur (c. 16 p. 266 6 c. 17 in.). facta est eiusmodi desertio paulo ante, quemadmodum Zosimus ipse tradit (c. 15), in media pugna, et testante Claudiano similis proditio barbarorum in fraudem Leontis excogitata erat. Tribigildus simulata fuga cum Leontem, superbientem de victoria, in socordiam rerumque negligentiam adduxisset, subito eum adortus in fugam Romanos agit, qua Leo ipse in paludes delatus misere periit.

p. 268 v. 14. Eutropius consul et patricius. vid. Claudian. in Eutrop. 1 init., Philostorg. 11 4, Sozom. 8 7: *ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη.*

p. 269 v. 2. huc pertinet integra lex 4 c. Th. de poen. ibi adi Comm. *Ritter.*

ib. v. 3. de causis dignitatis Eutropio ereptae auctores discrepant. vid. Chrysostomus in Eutropium t. 3 p. 381 seqq., Sozomen. 8 7, Socrat. 6 5, Philostorg. 6 6.

ib. v. 5. haec verba *ἐξ ἐκείνου* Leunclavius vertens *ab illo* de Eutropio intelligit, Reinesius interpretatur *ab illo tempore,* quae posterior quidem explicatio cum usu loquendi Zosimeo convenit (e. g. p. 208 2, 258 22, 307 1), verum non magis quam prior locum habere potest, quoniam ante Eutropium ecclesiis iam asyli ius fuisse vel ipse Zosimus docebit, Eutropium dicens abreptum ex ecclesia contra *τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον.* Sozomenus (8 7: cf. cod. Th. t. 3 p. 113, 119, 391) ius asyli per Eutropium abrogatum et a Theodosio iuniore demum ecclesiis alia lege restitutum esse scribit. quae cum ita sint, verba illa ita mihi videntur interpretanda: *ex illo tempore* (*ἐξ ἐκείνου*), *quo una cum religione Christiana invecta in rem publicam etiam asyla instituі coeperunt.* quam interpretationem confirmare loco simili Zosimi possumus, 1. 5 c. 23 p. 279 4, ubi monachos ad nullum rei publicae usum esse dixit, *πλὴν ὅτι προϊόντες ὁδῷ, μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ᾠκειώσαντο.* verba *ἐξ ἐκείνου* ad nihil praecedens possunt referri, et alium non admittunt sensum quam *ab initio vitae monasticae.*

ib. v. 7. gloriatur Chrysostomus (t. 4 p. 481 seqq. t. 3 p. 667 seqq.) Eutropium in asylo, quamdiu ipse illud non reliquerit, a se servatum, et asyli ius adversus violatores vindicatum esse.

p. 269 v. 8. Arcadii ad Aurelianum praef. pr. ea de re mandatum exstat in c. Theod. de poenis l. 17, his verbis: *adhibitis fidis custodibus ad Cyprum insulam perducatur, in qua tua sublimitas relegatum esse cognoscat. Cellar.*

ib. v. 12. pariter Philostorgius (11 6) μεταπεμπτὸς ἀπὸ Κύπρου γίνεται, et post τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται. *Cellar.*

p. 270 v. 19. epitheton ὁσίας ab aliena manu hic illatum esse videri potest: nam ad mentem Zosimi pagani hominis notionem venerationis habere nequit, neque cum usu loquendi convenit. Sozomenus, et qui de eo templo plurima disserit Evagrius (2 3), id nusquam usurpant, et posterior Euphemiam πανάγίαν modo dixit.

p. 271 v. 4. Socrates 6 6 et Sozomenus 8 4 *Saturnini* tantum et *Aureliani* mentionem faciunt.

ib. v. 12. δορυφόρων. vid. Comm. ad l. 3 c. Th. ad Leg. Corn. de sicar. n. 8. *Ritter.*

ib. v. 17. de rebellione Gainae vid. Socrates 6 6, Sozomenus 8 4, Theodoretus 5 32 seq.; cf. Philostorgius 11 8.

ib. v. 20. traditae a Socrate et Sozomeno causae, cur Gainas urbem egressus sit, minus probabiles sunt quam ea quae a Zosimo proditur.

p. 272 v. 5. testibus Socrate et Sozomeno nefandum barbarorum consilium armis, quae urbe exeuntes occulte secum ferrent, animadversis nudatum fuit.

p. 273 v. 16. vid. Comm. ad l. 3 c. Th. ad Leg. Corn. de sicar. n. 9. *Ritter.*

ib. v. 18. Philostorg. l. c. de Fraiuto ait: Γότθος μὲν τὸ γένος, Ἕλλην δὲ τὴν δόξαν. *Cellar.*

ib. v. 22. latrones hosce fuisse Hunnos, *Ritteri* (in marg. not.) sententia est, cui adstipulantes nominat Gothofredum in Comm. ad l. 34 c. Th. de oper. publ. et Pagium ad a. 395 init. tomi 2.

p. 274 v. 12. memorabile est, quod rerum imperii ea subsecuta erat attenuatio, ut ne *triremes* quidem tum aedificari possent. qui recens est a Polybii lectione, poterit forte meminisse locum ubi ille *de hexeribus* agit. in bello cum Poenis quinqueremibus erant contenti Romani. v. Polyb. 1 20 et 63. *H.*

p. 275 v. 14. cogitandum est de rapidissimo undarum cursu in freto Hellesponti. cf. sup. ad p. 89 21. *H.*

p. 276 v. 9. τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις; ergo οἱ τιμώμενοι absolute, pro οἱ θεοί? *H.*

ib. v. 13. fuere coss. a. 401 *Vincentius* et *Fravitta*, seu, ut verius legitur, *Fravvittus.* unde apud nostrum emendandum videtur Φραουΐτος, ut apud Socratem 6 6 Φραυΐτος. *H.*

p. 277 v. 12. adstipulatur Zosimo Philostorgius l. c. Gainam ab Hunnis victum caesumque esse, Socrates vero et Sozo-

menus victores fuisse Romanos tradunt, et sedem victoriae in Thracia collocant.

p. 277 v. 18. eiusmodi alia in principem hunc verba inimica vide in Comm. ad l. 3 cod. Theod. ad Leg. Corn. de sicar. *Ritter*.

ib. v. 20. Sozomeno 8 25 et Philostorgio 11 8 auctoribus, Thracia ab Hunnis, qui Istrum traiecerant, vastata fuit.

p. 278 v. 2. agebatur in loco lacunoso *de exulibus Saturnino et Aureliano* cf. sup. p. 271 init. sic et Tillemont. in Arcadio art. 18 et nota 25. quid autem eorum reditus ad Eudoxiae odium in Ioannem Chrysostomum inflammandum attulerit, non satis constat. suspectum sane hunc Augusta habebat ob gratiam qua apud Gainam erat. *H*.

ib. v. 8. vid. c. 20 init. et ibi videbis etiam iungi *τὸν βασιλέα καὶ τὴν γερουσίαν*. *Ritter*.

ib. v. 16. l. 11 de Pagan. et ibi Gothofred. ac l. 37 de Episcop. et ibi Comm. *Ritter*. spectat res ad Theodosii I tempora, a. 389 initio facto a Bacchi templo. v. loca Sozomeni et aliorum ap. Tillemont. in Theodosio art. 52 sqq. Ioannes exulat a. 404. memorabilis est locus qui sequitur *de monachis*. *H*.

ib. v. 23. vid. Liban. orat. pro templis p. 475 ed. Trotz. et ibi loca a Godofred. collecta et inprimis elegantem Eunapii locum in vit. Sophist. et Comm. ad l. 1 de monach. *Ritter*.

p. 279 v. 3. *ἀναγκαίαν*. Gothofr. ad l. 63 c. Th. de decur. *Ritter*.

ib. v. 14. excitatae ob Ioannem turbae largius expositae sunt a Socrate 6 15—21 et Sozomeno 8 16—18, qui monachorum quidem caedem nusquam commemorant, Severianum episcopum autem, ut populi furorem mitigaret comprimeretque seditionem, frustra dedisse operam scribunt. cf. Zonaras 13 20.

ib. v. 18. *εὐνούχους*. vid. Comm. ad l. 34 c. Th. de petitionibus. *Ritter*.

p. 280 v. 8. *ἀβίωτον*. Ernesti de usu glossar. p. 35. *Ritter*.

ib. v. 11. de hisce secundis Ioannis turbis vid. Sozomenus 8 19—23. pluribus et ob diversas causas incendii culpa attributa fuit, Socrates 6 18, Chron. Pasch. p. 307. Ioanni successit in episcopatu Arsacius. circa annum 404, quo Cpolis his tumultibus vexata fuit, terminabatur *Eunapii* historia. Photius cod. 77.

ib. v. 17. *φλόγα*. vid. Comm. ad l. 44 c. Th. de oper. publ. *Ritter*. magnum hoc Ioannitarum flagitium incendii urbi parati; a quo alii eos liberare voluere. paulo ante *τοῖς συνήθεσιν ἱεροῖς* de *sacris sermonibus* est accipiendum, quibus turbulentus homo plebem exasperabat. *H*.

ib. v. 21. Palladius in Dialog. p. 10 t. 13 Op. Chrysost. add. p. 37. *Ritter*.

p. 280 v. 24. vid. l. 8 ad Leg. Corn. de sicar. n. 9. de Palatio habes leg. 47 c. Th. de opp. publ. *Ritter*.

p. 281 v. 4. in Helicone monte duplicis ordinis Musarum ἀγάλματα fuerunt, πρῶτα, *antiqua*, Cephisodoti opus, et comptiora etiam trium artificum, quorum singuli tres statuas effinxerunt. Pausan. Boeotic. f. 304 Gr. *Cellar*.

ib. v. 13. fuit autem Lindus urbs Rhodi insulae. de templo ita Strabo lib. 4: ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανές, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα. *Cellar*. nulla fides haberi potest indoctis horum et sequentium temporum hominibus iactantibus passim nobilia antiquitatis monumenta. agam ea de re diligentius in commentatione inserta t. 3 miscelli operis *Antiquar. Aufsätze*. Minervam Lindiam adhuc sec. 11 superstitem commemorat Cedren. p. 322 B. eam cum Iove ex aere factam fuisse suspicor, quia ἀγάλματα dicta, et miraculum hoc ipsum facit, quod ignis vi liquefacta non sunt. *H.*

p. 282 v. 5. τὴν τοῦ ὄνου λεγομένην σκιάν. h. l. causam nullam aut probabilem aut satis gravem repertam. alias plerumque de re nihili dicitur, de qua litigatur. v. Suid. h. v. *H.*

ib. v. 7. cf. c. 17. *Ritter*.

ib. v. 9. vid. hic Comm. ad l. ult. cod. Theod. de quaest. *Ritter*.

ib. v. 15. Ἀρβαζάκιος. paulo aliter effertur nomen apud Synesium ep. 134, quae huc etiam pertinet. *Ritter*.

p. 283 v. 1. huc pertinet Suidas v. Ἀρβαζάκιος, qui eius avaritiam notat.

ib. v. 5. de Isaurorum incursione vid. Sozomenus 8 25 et Philostorgius 11 8.

XII. DE HONORIO (l. 5 c. 26 — l. 6 c. 13).

In postrema hac historiae suae parte Zosimus, postquam in superioribus maxime Eunapium ducem habuit, Olympiodori nunc, scriptoris aequalis, diserti et fide dignissimi, vestigiis insistit, eiusque *Sylvam* (Ὕλην) ita sequitur, quantum scilicet comparatione epitomae a Photio confectae et historiae Zosimeae intelligitur, ut rationem et ordinem eundem servet, et ubi res naturali vinculo haud coniunctae explicandae sunt, a rerum serie cum eo deflectat, veluti in historia Constantini tyranni, quae paulo quidem seriore, commodo tamen loco integra et aliis haud interrupta enarratur. iudicio Zosimum suo esse usum nec temere auctoritatem ducis sui secutum, argumento erunt loca in quibus ab Olympiodoro discedit, et alia, quae vel in breviario Photii paulo prolixius sunt explicata, docebunt quantum sit in Zosimo brevitatis studium, quod vel obscuritatem nonnullis videtur affudisse locis (e. g. p. 294 22 sqq., 300 5 sqq., 324 15 sqq.). quae

de rerum causis iisque quae inde sequantur, ac de virtutibus vitiisque imperatorum rebusque praefectorum civilibus aut militaribus iudicata in hac parte legimus, Olympiodori potius esse quam ab Zosimo animi acie inventa suspicamur, eamque ob causam ea quae de Stilichonis virtutibus ac vitiis ab omni iniquitate alienus iudicavit, non Eunapio, qui ut impium in maiorum sacra hominem eum exagitaverat, sed Olympiodoro duce scripsit. qui cum Zosimo hic comparari scriptores adhiberique ad eius emendationem possint, ii et paucissimi sunt et minimi momenti. Orosius quidem, nisi iusto parcior ac brevior in rebus enarrandis fuisset indulsissetque minus ingenio superstitioso, ut aequalis aetate adeoque maxime auctoritate pollens, utilissimus ad hunc usum foret. suppeditant nonnulla quae huc faciunt, praeter Sozomenum et Philostorgium et chronographos Marcellinum et Prosperum, Iornandes et Procopius, hic in ultimis, ille in prioribus, denique Augustinus aequalis ac Frigeridus Turonensis. ultimo loco monebimus hiatum esse quodammodo historiae rerum quae inter annum 404 et 407 gestae erant. cum enim Eunapius historiae suae finem anno 404 fecerit, Olympiodorus autem suam a. 407 exorsus sit, relictum ab iis est spatium, quod nisi aliunde sartum Zosimus praestitit ac rebus in illo temporis intervallo gestis explevit, ipsius historiam imperfectam reddere debuit. quantum comparando potest coniici, ex Olympiodoro, qui exordium historiae suae paulo altius duxisse videtur, ea quae iis annis sunt inclusa sumpta sunt et translata. factum tamen vel sic ut male omitteret res nonnullas admodum notabiles, inprimis Alarichi primam in Italiam exscensionem.

p. 283 v. 8. desiderantur hic ea quae ad priorem Alarichi in Italiam eruptionem pertinent. anno 400 Alarichus, cum superatis Alpibus in Italiam descendisset, proeliis commissis ad Pollentiam ac Veronam a Stilichone ita victus fugatusque est, ut post annos tres quam Italiam hostiliter invasisset, eam terram relinquere ac redire cis Alpes cogeretur (Claudianus de bello Getico; cf. *Tillemont.* t. 5 p. 522—532. *Gibbon.* t. 3 p. 145—155). eundem Alarichum postea Stilicho ad suas partes tractum magistrum militiae in Illyrico constituit (Sozomen. 8 25. cf. *Buat Histoire ancienne des peuples de l'Europe* t. 7 p. 69 seqq.).

ib. v. 15. exactius haec apud Olympiodorum sunt tradita. *Στελιχὼν* (Illyricum recuperare ut occidentalis regni partem cupiens) *μετεκαλέσατο ἐπὶ τὸ φυλάξαι Ὀνωρίῳ τὸ Ἰλλυρικόν· τῇ γὰρ αὐτοῦ ἦν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ πατρὸς ἐκνενεμημένον βασιλείᾳ.*

ib. accepit Alarichus vivo Stilichone *μισθὸν τῆς ἐκστρατείας μ' κεντηνάρια.* Olympiodor.

ib. v. 18. de Rodogaisi, qui quinquennio iam ante Alarichi fuerat in vastatione Italiae socius, incursu, Zosimus iusto brevius, Orosius 7 37 paulo fusius, verum non satis exacte scripsit.

p. 283 v. 20. Orosius (7 37) et Iornandes (de success. regn. c. 95) numerant *plus quam ducenta milia*, in quibus fuerunt mille et ducenti optimates (κεφαλιῶται).

p. 284 v. 2. Romam appropinquabat hostis. cf. Augustin. serm. 105 c. 10 et de civ. dei 5 23.

ib. v. 3. ἐν τῷ Τικήνῳ τῆς Λιγυστικῆς. olim Ticinum Insubrium in Transpadana erat. at hoc tempore *secunda provincia Liguria, in qua Mediolanum est et Ticinus, quae alio nomine Papia* (Pavia) *appellatur.* Paull. Diac. Langob. 2 15. *H.*

ib. v. 7. Rodogaisum extra Italiam ad Istrum a Stilichone deletum esse, omnium unus Zosimus tradit, quem ut cum reliquis scriptoribus in concordiam redigat, ita Leunclavius emendat, ut pro Ἴστρον scribat *Ἄρνον,* Italiae fluvium. Tillemontius (t. 5 p. 807 not. 21) monet, euntibus a Ticino Florentiam, ad quam hostis superatus est, Arnum transeundum non fuisse. dubites an Ἠριδανός, *Padus,* scribendus sit, qui a Ticino adversus hostem procedenti traiiciendus erat; eum Ataulphus quoque descensurus in Italiam traiecit.

ib. v. 8. διέφθειρεν. *iusto proelio.* Orosius miraculum augens, in montibus Faesulanis barbaros periisse fame scribit.

ib. v. 10. *cum duodecim milibus optimatum,* Olympiodorus. testibus Augustino et Orosio, ingens barbarorum multitudo capta et maxima ex parte vili pretio vendita est; Rodogaisus ipse comprehensus inter captivos affectus supplicio est.

ib. v. 14. de *Ravennae* origine locus hic non fugit sagacissimum indagatorem, Cluver. Ital. ant. qui videndus p. 301 sqq. Asinius *Quadratus,* auctor historiae χιλιετηρίδος, ab u. c. ad annum millesimum deductae. *H.*

ib. v. 15. vid. diss. de Zosimo, et Photius p. 180, Fabricius t. 6 p. 237.

ib. v. 18. est *Asinius Quadratus,* historicus Romanus. vid. praeter Vossium Casaubonus ad Capitolini Verum c. 7. *Cellar.*

p. 285 v. 15. cf. Olympiodorus.

p. 286 v. 11. Italiae extremam urbem *Emonam* faciunt Herodianus 8 1, Capitolinus in Maximin. c. 21, unde a Valesio (in Ammian. 28 10) notatur Zosimus, quod inter Pannoniam et Noricum ponat. at Casaubonus in d. l. Capitolini, *Emona, inquit, Pannoniae superioris urbs, in finibus eius sita, qua in Noricum ibatur et Italiam. Cellar.* Emonae data lex 2 c. Th. de auro coron. ubi consule not. e. *Ritter.* locus de *Emona* (nunc Labacum Carniolae esse putatur) notabilis est, non tam iudicio Zosimi, cum fabulam poetae apponit, quam propter *Pisandri* poetae deperditi mentionem factam; qui meo quidem qualicunque iudicio *Larandensis* est (v. ad Virg. t. 2 p. 231, t. 4 p. 235), at Valkenar. Diatr. p. 24, adstipulante Ruhnkenio, *eundem* cum *Rhodio* habet, cuius *Heraclea* nobile fuit epos. huius tamen non

nisi duo libri memorantur, alterius usque ad 26. iam si alteruter *universas historias, quae mediis omnibus saeculis usque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt, in unam seriem coactas redegisse et unum corpus effecisse* dicitur; si porro alteruter ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν nomine inscripsit opus, *πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἱστορίαν περιλαβών*, quo *reditus Argonautarum*, res ab Herculis fabulis prorsus seiuncta erat expositus, ut h. l. ex Zosimo discimus, iudicent alii de utro noster Zosimus sit accipiendus. de fabula ipsa cf. alia loca ap. Cluver. Ital. ant. 1 c. 21. *H.*

p. 286 v. 21. ex Olympiodoro desumpta huius transvectionis historia videtur tam a Zosimo quam ab Sozomeno 1 6. eiusdem rei etiam apud Plinium 3 18 mentio iniecta.

p. 287 v. 1. vid. Suidas v. *Πίσανδρος*, ibi Küster. Macrobius Sat. 5 2. Heyne ad Virgil. Aen. 2 exc. p. 232 seqq. t. 4 p. 285.

ib. v. 7. cf. Orosius 7 38, qui aeque ac Philostorgius 12 2 Stilichonem proditionis arguit; Sozomenus 8 25 et 9 4, Socrates 7 10.

p. 288 v. 10. *Centenarios* 40 Olympiodor. p. 146 ed. Venet. cf. l. 2 c. Th. si quis pecunias conflav. *Ritter.*

ib. v. 12. hic idem videtur cui inscribitur l. 11 c. Iustin. de vectigal. publ. vid. not. b ad l. 2 c. Th. de his quae ex publ. alius Lampadius enim ille cui dicta lex inscribitur, quae ad Orientem pertinet. *Ritter.*

ib. v. 14. verba probabile fit ab auctore Graece fuisse scripta, ut et inf. c. 38 et 6 11. sic c. 41 *Οὐιρτούτεμ* scriptum. digna vero oratio Curio aliquo vel Fabricio: *non est ista pax, sed pactio servitutis. H.*

p. 290 v. 6. de *Constantino* repete animo sup. 5 27. multis de eo Tillemont. in Honorio art. 26 sq. idem est *τύραννος* c. 32. *H.*

p. 291 v. 18. de Stilichonis exitio cf. Sozomenus 9 4, Orosius 7 38, Philostorgius 11 3 et 12 2, qui in plerisque consentiunt. culpam a Stilichone amovet et nullius nefarie facti eum sibi fuisse conscium Olympiodorus tradit, testis omnium maxime idoneus. Sozomenus regni orientalis in filii gratiam affectati suspicionem fuisse scribit. alia in eum crimina congerunt leges cod. Th. (l. 1 lib. 7 tit. 16, l. 22 lib. 9 tit. 13), quae Stilichonem *praedonem publicum* vocant, et qui *ad ditandam inquietandamque barbariem* thesauris usus sit. quae quidem criminationes cum inimicos ipsius auctores habeant, non magis fide dignae sunt quam quae Philostorgius et Orosius, aut fama Stilichoni iniqua in errorem inducti, aut partim studio eorum qui eum dignitatibus deiecerant, partim odio eius ob religionis dissidia permoti, ei crimini dant, quod barbaros, a quorum iniuriis eum semper Italiam protexisse constat, cupiditate regni ad se pretio

pellexerit (cf. Gibbon t. 3 p. 185) et Vandalos Alanos et Suevos ad incursandam Galliam instigaverit. quod crimen si vere ad Stilichonem pertinuisset, barbari haud dubie ad consilia eius fraudulenta adiuvanda incursationes suas praedationesque accommodassent; quorum tamen nihil factum videmus. effusi isti barbari sunt in Romanorum provincias non eodem quo mortuus Arcadius est anno, et quo primum Stilichonem regno imminuisse tradunt, sed biennio ante quam Arcadii mors res Orientis invadendi opportunitatem dederat.

p. 291 v. 20. Olympio, quem Olympiodorus ἀνοσιουργὸν vocat, Stilicho auctor fortunae honorumque exstiterat.

p. 292 v. 16. vid. Prosopogr. c. Th. *Ritter.*

p. 293 v. 8. secundum Sozomenum et Orosium trucidati sunt ii qui rerum novarum, quas moliri Stilicho credebatur, conscii dicebantur.

ib. v. 12. antiquius et nomen hoc et officium quaestorum videtur, si ad Suetonii verba attendimus, Aug. 65, Neron. 15, Tit. 6. *Cellar.* quaestor, qui principum vice orationes in senatu recitare solebat, a Symmacho 1 ep. 17 *precum arbiter* et *legum conditor* appellatur; vid. Iuretus ad Symm. l. c. *Ritterus* hic laudat *Alemannum* ad Procopii Anecdota.

ib. v. 17. vid. l. 10 de censitor. *Ritter.* add. Prosopogr.

p. 294 v. 13. h. reputavit apud se *quanta esset multitudo* militum, nimis magna quam ut castigari posset. *H.*

ib. v. 22. postquam barbari audierant Romanas copias in *Stilichonem* seditionem movisse, cum Stilicho eos adversus illas ducere recusaret, ipsi alienantur ab eo. *Sarus* vero etiam in eius interitum imminet: Hunnis, quibus Stilicho fidissimis utebatur, necatis, et impedimentis direptis, Stilichonem armis aggredi parat; at ille fuga elabitur. hic est rerum ordo. *H.*

p. 295 v. 22. Heracliani manu occisus est Eucherius; vid. Zosim. p. 300 extr. et Olympiodorus. in nonnullis hic discedit Philostorgius 12 2, ad quem vid. Comm. Godofred.

p. 296 v. 10. ceterum in *Stilichone* exemplum habemus quam parum tuta res sit nominis immortalitas: fieri enim potest ut obscurissimorum hominum artibus et calumniis iniquissima fama homines magni ingenii et virtutis, maximis rebus gestis, post fata quoque opprimat. poetae adulatoris, scriptorum propter sacrorum diversitatem odiis, et nequissimi hominis Olympii calumniatione factum, ut hominis, cuius similem illa aetas non vidit, fama omni foeditate deturpata sit. *H.*

ib. notariorum tria erant genera. primi et praecipui sunt *tribuni* et *notarii principis*, de quibus Zosimus infra p. 304 sq. Ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος. hi et *tribuni notariorum* dicuntur, ut h. l. et in Chron. Marcell. Patricio et Hypatro coss. secundi sunt *tri-*

buni et notarii praetoriani, de quibus l. 13 et 14 cod. de palatinis S. L. tertii *domestici* et *notarii*, ut est in l. 2 et 3 c. Th. de primicer. et notar. *Valesius*.

p. 296 v. 15. vid. l. 42 c. Th. de haeret. *Ritter*.

ib. v. 17. *τοῦ μαγίστρου*, scil. *τῶν ὀφφικίων*. sic Olympiodorus. cf. Philostorg. 12 1: *μάγιστρος τῶν ὀφφικίων γέγονεν*. Zosim. 2 25.

p. 297 v. 5. vid. l. ult. cod. Th. de abolit. in fin. Comm. *Ritter*.

ib. v. 15. exstant in cod. Theod. (t. 4 p. 347 seqq.) leges, quibus Stilichonis Eucherii et satellitum eius bona fisci facta sunt.

p. 298 v. 9. Olympiodorus auctor est Alarichum partim caede Stilichonis partim violato a Romanis foedere commotum urbem Romam obsedisse. cf. Sozomen. 9 6.

ib. v. 11. vid. l. 3 cod. Th. de aquar. collat. et Frigeridum apud Gregor. Turonensem lib. 2 c. 8. add. l. 1 c. Th. de terris limit. et ibi Godofred. *Ritter*. de *Iovio* P. P. (cf. inf. c. 47) et de *Gaudentio*, Comite, mox Vicario Africae cf. Prosopogr. cod. Theod. add. Tillemont. (art. 34 et *Notes sur Honoré* n. 12). *H.*

ib. v. 21. apud Olympiodorum Sarus audit *ἡρωϊκὸς καὶ ἀνταγώνιστος ἐν μάχαις*.

p. 299 v. 3. *τῶν Ὀλυμπίου — εὐχῶν*, erat enim homo simulatae pietatis, qui dolo et scelere clam grassando precibus numen demereretur. cf. sup. c. 32. add. Tillemont. in Honorio art. 31. *H.*

ib. v. 11 seqq. soli fere Zosimo debemus ea quae ab Alaricho ante Romam obsessam gesta traduntur. de obsidione urbis Sozomenus 9 6 pauca scripsit.

ib. v. 15. Olympiodorus: *Ἀδάουλφος ὁ τῆς γυναικὸς ἀδελφός*. Sozom. 9 8. Philostorg. 12 4.

ib. v. 23. *Οἰκουβαρίαν*, castellum in Bononiensi agro: cuius nulla alia memoria exstat, ne quidem apud Cluver. Ital. ant. *H.*

p. 300 v. 3. vid. l. 7 c. Th. de indulg. deb. *Ritter*.

ib. v. 8. Tharsacii meminit l. 6 c. Th. de patrocin. vicor. *Ritter*.

p. 300 v. 18. iam antea Romam confugerat Eucherius et in asylo salutem sibi quaesiverat (c. 34), ubi cum detectus esset ab iis qui ad pervestigandum eum ab imperatore erant missi, a vi tutus mansit (c. 35). quo igitur modo nunc ad hanc urbem ab Arsacio et Terentio Eucherius ductus potest dici? necesse scilicet est alio subsequente imperatoris iussu venisse, qui abstractum eum accirent ad imperatorem; unde illi aut iam condemnatum reum reduxerunt Romam, aut ubi periculum ab ho-

stibus imminens animadverterunt, ne cum Eucherio interciperentur, mutata via Romam repetierunt; quod si ita esset, pro εἰσήγαγον scripserim ἀνήγαγον. teste Philostorgio, Eucherius, cui a barbaris Romam pergentibus ad asylum in urbe aufugiendi copia facta erat, imperatoris iussu inde abstractus est; quae quidem narratio etsi minus videatur similis vero, in eo tamen cum Zosimo conspirat, quod Eucherius Romae fuit et inde abreptus est. *R.* cogitandum est, Eucherium extra urbem in loco aliquo munito custodiae datum, sub hoc ipsum tempus per eadem loca, per quae Alarichus incedebat, in urbem adductum fuisse, ut capite plecteretur. *H.*

p. 300 v. 20. vid. l. 18 c. Th. de bon. proscript. *Ritter.*

p. 301 v. 1. vide Olympiodorum init. et Procopium de bello Vandal. 1 2. *Ritter.*

ib. v. 3. Σερήναν. cf. Olympiodor.

ib. v. 11. Εὐγενίου. vid. l. 19 de pagan. in Comm. Gothofred. *Ritter.*

ib. v. 14. ex hoc loco Lipsius Vest. c. 14 probat, Vestales virgines, saepe ante concussas sub Valentiniano, Theodosio, tamen animam traxisse ad ultimum Theodosii senioris aevum, tum vero exstinctas prorsus esse. *Cellar.*

p. 302 v. 5. locus elegans ad illustrationem eorum quae de servo poenae dicuntur. *Ritter.*

ib. v. 7. suffocatam Serenam esse Olympiodori testimonio confirmatur.

ib. v. 10. χρυσίῳ. vid. Lipsius de Magn. Rom. 3 5 extr. *Cellar.*

p. 303 v. 5. ex l. 6 c. Th. de sepulcr. viol. debebant sepeliri extra urbem cadavera. *Ritter.*

ib. v. 15. Olympiodorus inquit: ἀλληλοφαγία τῶν ἐνοικούντων ἐγίνετο, et Hieronymus (t. 1 p. 121) homines fame eo impulsos esse ut a carne humana vescenda non abstinerent; quam ob causam ἐκινδύνευσαν non interpretandum videtur *periculum eius rei fuisse*, sed *vere eo redactos esse* ut cibo illo abominabili uterentur.

ib. v. 22. Βασιλείου. forte hic est cui inscribitur lex 4 c. Th. de immun. concess. *Ritter.*

p. 304 v. 1. Ἰωάννης. vid. l. 2 de Primicer. et notar. adde loca alia ex Comm. *Ritter.*

ib. v. 4. videntur Romani nuntiatum accepisse, Alarichum ab obsidenda urbe discessisse, cura obsidionis mandata alii homini ex Stilichonis partibus, qui ipsi obsidendae urbis auctor fuerat. nam sunt verba εἰ αὐτὸς Ἀλάριχος ἔτι πάρεστι. Alari-

chum copias adversus Romam duxisse non ignorabant, sed an adhuc (ἔτι) in castris versaretur, dubitabant. *H.*

p. 305 v. 4. vid. hic leg. 12 c. Th. de Mathem. in Comm. adde not. b leg. 1 de pagan. *Ritter.*

ib. v. 6. *Νεβηΐαν.* Sozomenus 9 6 *Λαρνίαν* vocat. Io. Langius (ad Nicephorum 35 13) mavult in Sozomeno *Ναρνίαν*, Ortelio in Thes. Geogr. approbante.

ib. v. 10. *ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν*, h. e. quandoquidem Pompeianus Christianus erat. *H.*

ib. v. 12. *Ἰννοκέντιος.* vid. Comm. ad l. 17 c. Th. de Iudaeis. *Ritter.* cf. inf. c. 45. *H.*

ib. v. 14. Sozomen. l. c. de Pompeiano: *τοῖς ἑλληνίζουσι τῆς συγκλήτου θύειν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ναοῖς.*

p. 306 v. 1. observatu dignae sunt res, quas Alarichus sibi stipulatus est tanquam maxime exoptabiles, *vestes sericas* 4000, *coria coccineo colore tincta* 3000, *piperis librarum* 3000. etiam *proportio auri ad argentum* memorabilis, 5000 librae auri et 30000 argenti. potest tandem hinc de opibus et divitiis urbis iudicium fieri: quodsi barbari monetam ex his metallis procuderunt, quanta inter eos succedere debuit rerum conversio! nam confici hinc poterat ex auro quidem summa 225000 aureorum (duo aurei fere aureum Ludovicium nostrum aequant), ex argento vero 300000 denarii (circa 50000 thaleror.). *H.*

ib. v. 6. *Palladius* P. P. a. 410. v. Prosopogr. cod. Theod. et Tillemont. l. c. nota 31 p. 813. *H.*

ib. v. 18. *ἀπεκόσμησαν.* vid. l. 19 de pagan. *Ritter.*

p. 307 v. 10. cf. Sozomen. l. c. Hieronym. ep. 2 16.

p. 308 v. 5. de Constantini legatione ad Honorium cf. Olympiodor. *Ritterus* adire iubet Comm. ad l. ult. c. Th. de malefic. et mathem., et de numero legatorum diverso, quae sunt observata a Gothofredo ad l. 3 de legat.

ib. v. 22. cf. Sozomen. 9 7. inimici quoque Alarichi, quo minus pax iniretur, impedimento fuerunt.

p. 309 v. 3. de Theodoro vid. Prosopogr. c. Th. *Ritter.*

ib. vid. hic l. 22 cod. Th. de bonor. proscr. *Ritter.*

ib. v. 14. *καθέδρα* h. l. de stativis, quae notio proxime accedit ad illam Thucydideam, ut sit, mora. v. Duk. ad 2 19. *H.*

p. 310 v. 6. vid. hic lex 22 c. Th. de bonor. proscript. Comm. *Ritter.* non dubito *δεδημευμένων* esse legendum, quod postulat sup. c. 35. sed alterum *διὰ τὴν Στελίχωνος οὐσίαν*, ubi ultima vox ex superiore versu *οὐσίας* nata est, vix expedias, cum plura substitui possint; proximum foret *συνουσίαν.* nam

familiaritas, studium, affectatio Stilichonis illud est de quo agitur. *H.*

p. 310 v. 20. τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου. Innocentii 1. cf. Sozomen. 9 7 et sup. 41. *H.*

p. 311 v. 13. cf. Olympiodor. *Ritterus* addit l. 42 c. Th. de haeret. Olympius, recuperata imperatoris gratia, cum iterum pristinos adeptus esset honores, secundum eis mox exutus et a Constantio interfectus est. Olympiodor.

p. 312 v. 6. magistratibus palatinis exclusi erant ii qui gentilium sacris adhuc adhaererent: l. 21 cod. Th. de pagan. sacrif. et templ. *qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est gentiles, nec ad militiam admittantur.* cf. l. 42 c. Th. de haeret.

ib. v. 19. cf. l. 51 cod. Theod. de haeret. ibi Comm.

p. 313 v. 13. ad Hellebichum comitem et magistrum utriusque militiae est l. 1 c. Th. de calumniator. Merobaude 2 et Saturnino coss. i. e. anno Chr. 380, unde huius partem fuisse vero simile est. *Reinesius.*

p. 314 v. 5. ad hunc Valentem comitem domesticorum et Olympium magistrum officiorum est lex 42 cod. Th. de haeret. impp. Honor. et Theod. coss. Basso et Philippo. *Reinesius.* ab hoc Valente diversus fuisse videtur is qui ex Dalmatia copias duxerat. cf. Olymp.

ib. v. 21. stratagema politicum, quo usi sunt Augusti huius aevi ad deliniendos barbaros, qua de re monui in praef. ad t. 2 c. Th. *Ritter.*

p. 315 v. 5. χρυσίου. vide supra lib. 4 c. 10 et formulam p. p. ap. Cassiodorum. *Ritter.*

ib. v. 8. de legatione Iovii ad Alarichum cf. Sozomen. 9 7.

ib. v. 16. βουλόμενος δὲ τῆς μέμψεως — scilicet, veritus ne imperator aut suspicaretur ipsum studere Alaricho, aut resciceret eius imprudentiam. *H.*

ib. v. 19. vid. de ritu iurisiurandi quae post Bignonium ad Marculfi form. collegit etiam Aierus de iurament. et Gothofred. locum hunc citat t. 1 p. 155 c. Th. *Ritter.* cf. *Massieu* de iuramentis veterum in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* t. 1 p. 208.

p. 317 v. 3. flagitiosissimis his temporibus nihil tamen flagitiosius dictum factumve arbitror quam hoc, iusiurandum *per imperatoris caput* factum sanctius et religiosius habitum iureiurando *per numen* facto. recteque adeo Zosimus subiicit adeo perversam eorum qui tum rempublicam administrabant mentem, destitutosque eos fuisse numinis cura et respectu. *H.*

ib. v. 7 — p. 322 v. 15. de Constantino tyranno cf. Sozomenus 9 11 et 12, Orosius 7 40.

p. 317 v. 10. cf. Olympiodor.

ib. *Iovius* hic ignotus, qualis fuerit. v. Tillemont. in Honorio art. 38. *H.*

p. 318 v. 7. coss. Honorius 7, Theodosius 2, anno 407.

ib. v. 9. Marci nulla mentione facta, Gratianum primo loco Orosius nominat.

ib. v. 17. situm huius urbis rectius Olympiodorus indicat: παραθαλασσίαν οὖσαν καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλατῶν ὅροις κειμένην (qua re ex eo Zosimus emendandus est, substituto Γαλατίας pro Γερμανίας)· ἔνθα διατρίψας καὶ ὅλον τὸν Γάλλον καὶ Ἀκυτανὸν στρατιώτην διαποιησάμενος, κρατεῖ πάντων μερῶν τῆς Γαλλίας μέχρι τῶν Ἄλπεων τῶν μεταξὺ Ἰταλίας καὶ Γαλλίας. cf. Sozomen. *R.* si Germania inferior Galliam Belgicam complexa est, quidni Bononia ad eam spectare debuit? Γαλατίας autem locum non habet, quia nulla Gallia superior vel inferior habetur. — mox p. 319 4 πολιορκίαν κατέστησε, scil. Constantinum. ita fere loquuntur scriptores, ut Dio, Plutarch. al. vertitur: *hanc ipsam obsidere instituit*, ac si esset, κατέστη. Constantini res diligenter persequutus est Tillemont. t. 5. *H.*

p. 319 v. 15. Bacaudae, manus agrestium et latronum in Galliis, postquam magistratuum Romanorum iniuriis incitati in libertatem se vindicaverant, Romanis diu fuerunt infesti. Eutrop. 9 13. *R.* de *Bagaudis* v. interpp. ad Mamertin. paneg. Maximiani 4 3 et ad Eutrop. 9 13. *H.*

ib. v. 20. Alpes Cottiae provincia Italiae erant sub praef. pr. Italiae; Alpes Maritimae Penninae et Graiae ad Galliarum provincias pertinebant.

ib. v. 23. coss. Arcadius 6, Probus a. 406. cf. Orosius 7 40, Frigeridus apud Gregor. Tur. 2 9. simile veri est barbaros eos, ubi Rodogaisi in exscensione in Italiam socii fuissent, re male gesta reversos per fines Romanos in Galliam irrupisse. cf. Gibbon. t. 3 p. 169 not. 86.

p. 320 v. 14. ῥαθυμηθεῖσαν. id si de plerisque imperatoribus dictum sit, a vero non aberit, etsi fuit unus et alter a quo cura finium non omnino fuit omissa. et ipse Zosimus 4 3 Valentinianum ob munitos praesidio fines Rhenanos laudat.

ib. v. 16. τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα. cf. Olympiodor. Orosius 7 40, Sozomenus 9 11. Iulianus, eius frater, Nobilissimi dignitate ornabatur. Olympiodor.

p. 321 v. 5. de hoc bello vid. Sozomenus 9 12, Orosius 7 40, penes quem ut aequalem et Hispanum maior in his rebus auctoritas est. is cognatis Theodosii primum servos et rusticos, postremo copias Lusitaniae opem in bello tulisse narrat. cf. Olympiodorus.

p. 321 v. 20. cf. Sozomenus.

p. 322 v. 1. cf. Frigeridus ap. Gregor. Tur. 2 9.

ib. v. 2. cf. Sozomenus 9 13; cf. Sidonius 5 ep. 9, Orosius 7 42.

ib. cf. Olympiodor. ipse cum militibus et barbaris adversus Constantinum profectus est. Sozom. Frigerid.

ib. v. 4. barbarorum viribus impar Constans ex Hispaniae finibus eiectus est.

ib. v. 6. transrhenanis istis barbaris nomina sunt Vandalis, Alanis, Suevis c. 3. cf. Sozom. l. c.

ib. v. 7. metus a barbaris iniectus, ne mari traiecto Britanniam peterent ac vastarent, fidem mutare et deficere Britannos a Romanis coëgit (c. 3). barbaros, qui aditu montium Pyrenaeorum negligenter custodito impressionem in Italiam fecerant (Sozomen. 9 12, Frigerid. 2 2, Orosius 7 40), adiunxit sibi Gerontius, cum tyranno infensus Constantem ibi bello fatigaret. Olympiodor.

ib. v. 9. ab hoc inde tempore barbari populi Britannias, Gallias et Hispanias imperio Romano avulsas occuparunt. *H.*

ib. v. 22 — p. 328 v. 7. de Roma per Alarichum obsessa et Attalo vid. Sozomenus 7 8, Orosius 7 42, Philostorgius 12 3.

p. 323 v. 8. de hoc Attalo vide multa ap. Godofr. ad leg. 11 c. Th. de indulg. crim. et Pagium in Crit. Baron. ad a. 410. *Ritter.*

ib. v. 17. eandem arrogantiam Attali et vanitatem pro viribus maiora pollicendi observavit Sozomenus 9 8 et 9: *τὰ πάτρια τῇ συγκλήτῳ φυλάξειν καὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ πᾶσαν τὴν πρὸς ἕω ἀρχομένην ὑπήκοον Ἰταλοῖς ποιῆσαι.*

ib. v. 24. gentem nobilissimam sacris Romanis deditam et nunc imperio in gentilem hominem delato maerentem. Ammianus 16 9: *quorum ad avorum aemulationem posteritas tendens satiari nunquam potuit cum possessione multo maiore.* cf. Cassiodor. 10 ep. 11, Tillemont. t. 5 p. 43, Gibbon. t. 3 p. 197. *Ritterus* lectores amandat ad Alemannum ad Procop. Anecdota.

p. 324 v. 3. cf. Sozom. 9 8.

ib. v. 5. *Heraclianus* comes Africae inde ab a. 408, consul renuntiatus a. 413, sed ab Honorio defectionem moliens eodem anno. v. de eo Tillemont. in Honorio art. 60. *H.*

ib. v. 11. de expeditione Alarichi adversus Honorium cf. Olympiodorus et Sozomenus 9 8.

ib. v. 17. legationis ac proditionis Iovii, a Zosimo turbata, sic se habebat ratio. Iovius ab imperatore ante ad Alarichum tentandae pacis causa missus, et condicionibus repudiatis redire

haud consultum esse ratus, apud hostem manserat, cum ab Attalo nunc pacis interpres ad Honorium venisset, iis quae ad eum mandata habebat, in quibus hoc erat, imperatori in insula exuli vitam incolumem fore, id quoque de suo adiecit, postulari ut corpus mutiletur. legati cum Iovio venerant Valens, *στρατηγὸς ἑκατέρας δυνάμεως*, Potamius quaestor, et Iullanus, primicerius notariorum. Iovii, qui Attali patricius vocatur, dignitatem et officium iussu Honorii nactus Eusebius, praepositus in conspectu imperatoris ab Allobicho trucidatus est. Olympiodorus. cf. Sozom. 9 8. *R.* hic nonnulla excidisse suspicor. discas hoc quoque, si compares c. 9 pr. ubi Iovium legatione ad Honorium missum ait, *ὡς διεξῆλθον ἤδη*. atqui h. l. legatos ab Honorio ad Attalum missos commemorat, quibus Iovius, qui tum Attali praefectus praet. erat, respondit. necesse adeo est Iovium vicissim mox legatum ad Honorium missum esse. in hac legatione iterum admittit in animum proditionem Attali, tentatus ab Honorio, *Ὀνωρίου διά τινων αὐτὸν ὑπελθόντος*, c. 9, moxque palam ad eius partes transit. *H.*

p. 325 v. 5. emendationi Leunolavii legentis *χιλιάδων* fidem praebet et ratio ipsa, quoniam *μυριάδες* omnem modum excederent, et testimonium Sozomeni 9 8, qui quattuor milia eorum fuisse militum scribit, scilicet ἓξ *ἀριθμούς*, quos Zosimus ἓξ *τάγματα* appellat.

ib. v. 13. cf. Sozom. 9 8.

p. 326 v. 1. *Constans* est is qui c. 7 in Africam missus fuerat, *καὶ δι' ἑτέρων τὸ πρακτέον μηνύσαντος*. male accepit interpres: *cum Attalus per alios indicasset, quid esset agendum.* immo vero Attalus *declaravit, per alios quam per barbaros*, h. e. Gothos, rem in Africa esse gerendam. *H.*

ib. v. 8. depulsus est Alarichus ab urbis Ravennae obsidione, quemadmodum tradit Philostorgius 12 3.

ib. v. 15. *Valens*, de quo sup. c. 7 et iam ante, 5 45 *ταῖς Αἰμιλίαις πόλεσιν*. s. *Αἰμιλίας*, quae cum regione Flaminia veterem Galliam togatam constituit. v. ad Notit. Imp. Occ. c. 58. praeerant iis duo Consulares. *Λίγγυας* pro *Λίγυας* etiam alii dixere *Ligures*. v. ad Virgil. Aen. 7 p. 102 t. 3. *H.*

ib. v. 21. aliena est Britannia ab hoc loco; nec intelligas quid imperatori ad bellum Italiae Britanni longinqui utilitatis afferre, aut quo unquam modo is urbes provinciae, Romanae dicioni iam subductae suique iuris factae, cohortari potuerit. expugnante Alaricho superioris Italiae urbes, curae esse Honorio debebat ut inferioris partis civitates et cohortando pretioque sibi conciliando in fide confirmaret. itaque ad Italiae urbes ea res spectat, nec paenitet nos emendasse *Βρεττιανῇ*, praeeunte Godo-

fredo (Comm. ad l. 1 c. Th. de indulg. debit. t. 4 p. 212), qui, quamvis minor sit literarum cum *Βρεττανία* similitudo, scribere *Βρετίᾳ* praecipit; *Βρεττίαν* Graeci appellant, qui antiquis *Bruttii* erant. Olympiodori verbis idem irrepserat vitium quod in Zosimo est, et ab editore iam in margine notatum t. 1 p. 145 m. Scriptt. Byz.

p. 327 v. 4. vid. l. 34 de navicular. *Ritter.*

ib. v. 6. contra hos est etiam Athalarici edictum apud Cassiodorum. *Ritter.*

ib. v. 10. Sozomenus 9 8: *ὑπονοηθῆναι δέ τινας καὶ ἀνθρωπίνων ἀπογεύεσθαι κρεῶν.*

ib. v. 19. Alarichi consilium, ut quingenti barbari in Africam ad Heraclianum opprimendum recuperandamque provinciam deportarentur, aspernati sunt et Attalus et senatus, barbarorum fidei haud credendam eam esse censentes.

ib. v. 20. Olympiodorus: *μὴ πειθόμενος Ἄτταλος Ἀλαρίχῳ, σπουδῇ μάλιστα Ἰωβίου, ὃς ἦν τὴν Ὁνωρίου πρεσβείαν προδεδωκώς, καθαιρεῖται τῆς βασιλείας.*

ib. v. 22. *πρὸ τῆς Ἀριμίνου.* Philostorgius (12 3) Portu (apud Romam); cf. Sozomenus. discrepant auctores de causis, quibus commotus Alarichus dignitate et imperio adempto Attalum ad privatam condicionem descendere iusserit. cum Zosimo conspirat Sozomenus 9 9.

p. 328 v. 4. cf. Olympiodorus. Placidia Romae per Alarichum capta est.

ib. v. 9. *βασίλεια.* cf. Olympiodor.

ib. de *Apollinari,* Sidonii Apollinaris avo, cf. Tillemont. Honor. art. 27. substitutus ipsi praef. praet. Decimius Rusticus. cum copiae superioribus annis in Hispanias missae aegre ferrent alios barbaros sibi submitti, *Gerontius* earum opera usus novas res molitus Maximum filium Caesarem renuntiat a. 409. exciderunt haec cum reliquis a Zosimo sub finem huius libri expositis. *H.*


ib. v. 14. Olympiodorus: *πλῆθους ὀλίγον ἐπάρχοντα.* habuit ad ducentos aut trecentos barbaros, ut mox Zosimus *τριακοσίους,* item Sozomenus 10 9.

ib. vid. l. 7 cod. Th. de indulg. debit. *Ritter.*

ib. v. 15. Sozomenus l. c. paulo aliter: *ὕποπτος ὢν Ἀλαρίχῳ διὰ προτέραν ἔχθραν.* eodem teste Sarus, posthabito foedere et societatis iure, quod Gothis adversus Romanos intercedebat, quosdam barbarorum interfecerat. ob hanc caedem iratus Alarichus, et secundum Olympiodorum exasperatus quod Sa-


rus, qui ad Honorium confugerat, ab eo in fidem receptus erat, Romam tertio ire pergit, eodem a. 410, urbemque vi expugnatam militibus per triduum diripiendam tradit. Oros. 7 39. v. Chronolog. cod. Theod. ad a. 411.

p. 328 v. 20. de reliquis ex Photio statui potest, quo loco Zosimi ultima persequitur; Alaricho versus Ravennam profecto, ut cum Honorio in amicitiam rediret: *ἀλλὰ Σάρος Γότθος καὶ αὐτός, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τε ὑπ' αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων, καὶ προστεθεὶς Ὁνωρίῳ καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος, ἐμποδὼν ἔστη.* *H.*



INDEX GRAMMATICUS.

INDEX HISTORICUS.



LIPSIAE,
EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.

U.C. BERKELEY LIBRARIES



C020962081

89328

12c

